quantum ego arbitror, sed propria spe. nihil enim se mali, remanente loripho, exiſtimabant, eſſe paſſuros. Ille autem ſiquidem paruiſſet, hæc preces eſſe ratus: cuſtodiam verò, ſi per vim cogeretur (multum enim propoſitum diſceſſus etiam querelatum miſericordia fregerat) remanere ſtatuit. communique deſperatione ciuitatis armatus, & nunc tempus eſſe dicens pugnam incipere, cùm ſpes nulla ſalutis eſt: pulchrúmque vitam paciſci pro laude, ac forti aliquo patrato facinore in memoriam poſteritatis occumbere: ad opera ſeſe conuertit. Cum pugnaciſſimis ergo egreſſus, diſiectis cuſtodibus, vſque ad Romanorum caſtra excurrebat: & nunc pelles aggeribus impoſitas, ſub quibus tendebant, diſcerpere: nunc operibus ignem immittere. poſtróque die ſimiliter ac tertio & per aliquot deinceps dies ac noctes bellando non defatigabatur. Sed Veſpaſianus Romanos his excurſibus malè affectos aſpiciens (nam & terga dare Iudæis pudebat, & fugientes inſequi armorum pondere tardabantur: cùm Iudæi ſemper aliquid agentes, priuſquam paterentur, in ciuitatem refugerent) armatis imperat, vt eorum impetum declinarent, néve cum hominibus mortis auidis manum conſererent. Nihil eſſe fortius deſperatis. Reſtingui autem illorum impetus, ſi propoſito fruſtrentur, quaſi flammam ſi materiam non inueniat. Ad hoc oportere Romanos cautiùs quærere victoriam, augendæ poſſeſſionis cauſa non ex neceſſitate pugnantes. Per ſagittarios autem Arabum & Syriæ & funditores, pérque ſaxa tormentis emiſſa plerunq; repellebat Iudæos. nulla enim telorum machina quieſcebat. Illi autem his quidem malè accepti cedebant: verùm eminus miſſa intra iactum ſubeuntes, ſæuiùs Romanis inſtabant: cùm neque corpori, neque animæ parcerent: ſed per vicem vtrinque pugnarent, ſuorum quiſque laborantibus ſubuenientes.

CAP. 12. De oppugnatione Veſpaſiani contra Iotapatam, ariete & aliis tormentis bellicis.

IGitur Veſpaſianus vltro ſe exiſtimans longitudine temporis, hoſtiúmque incurſibus obſideri, cùm prope iam muris aggeres æquarentur, arietem admouere decreuit. Eſt autem aries, immenſa materia, malo nauis aſſimilis: cuius ſummum graui ferro ſolidatum eſt, in arietis effigiem fabricato, vnde etiam nomen accepit, depẽdet autem funibus medius ex trabe alia, velut ex trutina, palis vtrinque fultus, bene fundatis. retrorſum autem magna virorum multitudine repulſus, iiſdémque ſimul rurſus impellentibus miſſus, in fronte prominente ferro mœnia percutit: nec eſt vlla tam valida turris, aut murorum ambitus adeò latus, vt etſi priores ictus fortiter ſuſtinuerit, aſſiduos vincat. Ad huius periculum rei duci Romano tranſire placuit vi capere oppidum properanti: quoniam pernicioſa videbatur obſidio, Iudæis minimè quieſcentibus. Itaque Romani quidem baliſtis cæteríſque miſſilium machinis, vt facilius ſentirentur qui de muris obſtare tentaſſent propius adhibitis vtebantur: neque ſagittarij aut funditores longius aberant. cùm verò ea cauſa muros nemo auderet aſcendere, ipſi arietem applicant cratibus deſuper itémque pellibus ſeptum; tam pro ſui defenſione quàm machinæ

Et primo quidem impetu mœnia concussa A
sunt: clamórque oppidanorum, velut iam capti essent, maximus factus est. Ioseph us autem eundem locum sæpe feriri, neque multo post murum disturbatum iri prospiciens, quo commento vim machinæ paulatim falleret excogitauit. Saccos enim paleis confertos, quà semper impetum arietis ferri viderent, demitti iussit ex muro: vt eo modo secundi ictus errarent, aut etiam excepta vulnera laxitas frustraretur. Quæ quidem res multum Romanis B
moræ attulit. nam quocunque hi machinam conuertissent, contrà illi qui super murum stabant, palearum traducentes saccos, ictibus supponebant, nihilque murus repercussione lædebatur, donec etiam Romani aduersus hoc aliud machinati sunt: proceris enim contis expeditis, in his summis falces quibus saccos abscinderent alligarunt. Cùm autem hoc modo efficax esset opus arietis, ac murus (qui recens ædificatus erat) ictibus cederet, quod re- C
liquum erat, Ioseph us ciúsque socij ad ignis auxilium se contulerunt: accensúmque totum quod aridæ fuit materiæ, tribus ex locis pariter inflammarunt, vnáque machinas & propugnacula Romanorum & aggeres concremarunt. Illi verò non sine malo subueniebant, audacia simul eorum territi, & ne adiumento essent, flammis proruentibus impediri: quæ aridum nactæ fomitem, & præterea bitumen ac picem, necnon etiam sulfur, opinione D
citius volitabant: operáque Romanorum multo labore curata, vnius horæ spatio pessum dederunt. Hic etiam vir quidam Iudæus, prædicatione ac memoria dignus inuentus est, Sammæi filius Eleazarus, cui Saab Galilææ patria fuit. Is enim saxum ingens altè sublatum, tanta vi super arietem ex muro demisit, vt machinæ caput abrumperet, ídque ex mediis hostibus saltu ad eos delatus auferret, nullóque metu reportaret ad murum. Postremò tanquam signum quò tela mitterent, hos- E
tibus propositus, nudo corpore quinque sagittarum vulneribus fixus est: earúmque nulla respecta, vbi murum ascendit, vnde iam videri ab omnibus poterat, sua audacia ibi constitit, contractúque dolore plagarum cum arietc decidit. Post hunc fortissimi extiterunt duo fratres Neritas & Philippus de vico Ruma Galilæi. Qui cùm super milites decimæ legionis prosiluissent, tanto impetu vique ir- F
ruerunt, vt & aciem Romanorum perrumperent, quíque aduersum ierant, omnes in fugam verterent. Præter hos Ioseph us quoque & cætera multitudo, raptis ignibus, machinas & refugia, cum operibùs quintæ itémque decimæ, eius quæ terga dederat legionis, incendunt. Cæteri autem qui mox consecuti sunt, & instrumenta & omne genus materiæ obruerunt. Rursus autem Romani sub vesperam, erectum arietem ad eam muri partem, G
quæ pridem quassata fuerat, appulêre: ibíque propugnatorum quidam Vespasiani plantam sagitta percussam leuiter vulnerat, quia vis teli spatio defecisset. Maximam tunc id Romanis perturbationem fecit. his enim, qui propè aderant viso sanguine perterritis, per omnè fama cucurrit exercitum: relictáque obsidione, plerique cum stupore atque formidine ad ducem belli

καὶ κλῖμαξ τὴν πλησίον, ἀνεστάθη μὲν τὸ τεῖχος. κραυγὴ δ' ἦν μείζων ὥσπερ τῆς πόλεως ἤδη ληφθείσης. καὶ ὁ μὲν Ἰώσηπος ὁρᾷ πολλάκις δὴ εἰς τὸν αὐτὸν πίπτοντας τόπον, ὁ δ' Ἰώσηπος ὁρᾷ ὅσον ὕπω καταειρηκὸς μόνον τὸ τεῖχος; σοφίζεται πρὸς ὀλίγον τὴν βίαν τοῦ μηχανήματος. σάκκους ἀχύρων πληρώσαντας ἐκέλευσε καθιέναι, καθ' ὃ φερόμενον ἀεὶ τὸ κριὸν ὁρᾶν, ὡς πλαίοιτο τὴν ἐμβολὴν, καὶ δεχομένη τοὺς πλῆγας, ἀκίνητοι τῇ χαυότητι. τοῦτο πλείστην σχολὴν παρέσχε τοῖς ῥωμαίοις, καθ' ὃ μὲν ἔφιστο τὸ μηχάνημα, αὐτὸ τοῦτο ἐργάζοντας τοὺς σάκκους ὑπέρθεν, ὑποβάλλοντας τὰς ἐμβολὰς εἰς μηδὲν κατ' ἀπτυπίαν βλάπτειν τὸ τεῖχος, ἕως αὐτὸ πονήσαντες κόνοις οἱ ῥωμαῖοι μαχεοῖς, καὶ δρέπανα δήσαντες ἐπ' ἄκρων τοὺς σάκκους ἀπέτεμνον. ἐνεργοῦ δ' οὕτω τῆς ἐλεπόλεως γλιχομένης, καὶ τοῦ τείχους, ὑποπαγὲς γὰρ ἦν, ἐνδιδόντος ἤδη, τὸ λοιπὸν δὴ τὴν ἐκ πυρὸς ἄμυναν οἱ περὶ Ἰώσηπον ὥρμησαν. ἁλάμενοι δ' ὅσον αὖης εἶχον ὕλης, ξυλόθεν ἐπεσκέδασαν, καὶ ταῦτα μηχανήματα, καὶ τὰ γέφυρα, καὶ τὰ χώματα τῶν ῥωμαίων ἐνεπύρισαν. οἱ δὲ κακῶς ἐπεβοήθουν, πρὸς τὸ τοῦ τόλμαν αὐτῶν καταπεπληγότες, καὶ ὑπὸ τῆς φλογὸς τὰς ἀμυνὰς φθαινόμενοι. ξηρᾶς γὰρ ὕλης, πρὸς δ' ἀσφάλτου τε καὶ πίσσης, ἔτι δ' θείου, διὰπᾶν τὸ πῦρ ὀπτικοῖς τάχεσι, καὶ τὰ πολλὰ καμάτῳ πεπονημένα ῥωμαίοις, ὀλίγαις ὥραις ἐτέλεσε.

ΕΝθα καὶ αὐτὸς τῆς ἐξεφαίνετο Ἰουδαίων, λόγου καὶ μνήμης ἄξιος. σαμαίου υἱὸς παῖς ἦν, ἐλεάζαρος δ' ἐκαλεῖτο. σαὰβ δὲ πατρὶς αὐτῷ τῆς Γαλιλαίας. ἁρμεγίδη πέτρα ἀράμυος, ἀφεὶς ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπὶ τὴν ἑλίπολιν, μετὰ τοσαύτης βίας, ὡς τὸ ἀποῤῥάξαι τὴν κεφαλὴν τοῦ μηχανήματος, ἕως καταπηδήσας, ἐκ μέσων αἴρει τῶν πολεμίων, καὶ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἐπὶ τὸ τεῖχος ἔφερε. σκοπὸς δὲ πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς γυμνός, καὶ γυμνὰ τοῦ σώματος τὰς πληγὰς δέχόμενος, πρὶν τοῦ μὲν διαπεῖραι βέλεσι, πρὸς οὐδὲν δὲ τούτων διαφορᾶς, ὅτι τὸ τεῖχος ἀπέβη, καὶ θεῖος πᾶσι τὸ δ' τολμᾶν ἴσον, τότε ἐλεεινῶς ὑπὸ τῶν ῥωμαίων μετὰ τοῦ κεῖσθαι κατέπεσεν. ἄριστοι μετὰ τοῦτον ἐφάνησαν ἀδελφοὶ δύο νεῖραι καὶ φίλιππος, ἀπὸ κώμης κώμης, γαλιλαῖοι καὶ αὐτοί. προσπηδῶσι μὲν εἰς τοὺς ἀπὸ τῆς δεκάτου ταγμάτος, ὥστε δοίζω τὴν βίαν τοῖς ῥωμαίοις συνέπεσον, ὡς διαῤῥῆξαι τε τὰς τάξεις, καὶ τρέψασθαι καθ' οὓς αὐτοὶ ἐφορμήσειαν ἅπαντας. μετὰ τούτους, ἔτι Ἰώσηπος, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἀράμυοι πάλιν πῦρ, τὰ μηχανήματα τὰς ὑποδύσεις ἅμα τοῖς ἔργοις ἐφλεγον, τότε πέμπτης καὶ τῆς δεκάτου τάγματος, οἱ λοιποὶ φθάσαντες, τὰ ὄργανα τὰ πᾶσαν ὕλην κατέχεσαν. ἄλλοι δ' ἄλλην αἰασησάντες, πρόσω τὸν κεῖσε πάλιν, ἧ προπεπονήκει τυπτόμενον τὸ τεῖχος. ἔνθα τῷ ἀμυνομένων ἐπ' αὐτῷ, βάλλει τὸν εὐεπαφώτατον βέλει καὶ τὸν ταρσὸν τῆς ποδὸς, καὶ πρόσω μὲν ὁπλομάχος προσκλύσαντος τὸ βλητὸν, τῷ ἀγκίστρου, μόγις δ' ὀρθὸν ἐπεποίησε τοῖς ῥωμαίοις. πρὸς γὰρ τὸ αἷμα τα- χὺ θέοντων τῶν πλησίον, φόβῳ ἀγὰ πάντας ἐμπίπτει δὴ τὴν πληγὴν τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὴν πολιορκίας εἰ πλείους ἀφέμενοι, μετ' ἐκπλήξεως καὶ δέους δὴ τὸν στρατηγὸν

συνί-

συνέθεον. ὁ δὲ πάντων Τῖτος δείσας τὴν τοῦ πατρὸς παρῆν. ὡς τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀδηλίαν τὸν ἡγούμενον δύσολα, καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀγωνίαν συνεχύθην. ῥᾷστα μὲν οὖν τὸν τε υἱὸν ὁ πατὴρ ἔλυσατο, καὶ τὸν τραῦμα ἐπαύσατο τοῦ θορύβου. τῷ γὰρ ἀληθῶς ἡγούμενος, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπομένοις δι' αὐτὸν ὀφθῆναι σπουδάσας, χαλεπώτερον ἰουδαίοις ἐπῆγε τὸν πόλεμον. ἕκαστος γὰρ ὡς πλησίον τοῦ στρατηγοῦ φανῆναι σπουδὴν ἐποιεῖτο, καὶ βοῇ ἀλλήλους ἐκέλευον. οἱ δὲ περὶ τὸν ἰώσηπον, καθάπερ ἐπ' ἀλλήλοις πίπτοντες ὑπὸ τῆς καταπελτικῆς καὶ τῆς πετροβόλου, ὅμως οὐκ ἀπεῖποντο τοῦ τείχους, ἀλλὰ πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ πέτραις τοὺς ὑπὸ τὰ ῥάμματα τῶν κριῶν ὑπαγείοντας ἐβαλλον. καὶ ἦσυον μὲν οὐδὲν ἢ μικρὸν, αὐτοὶ δ' ἀσφαλείπτως ἔπιπτον, ὑπὸ μὴ βλεπομένων καθορώμενοι. αὐτοί τε γὰρ ὑπὸ τῆς σφετέρας περιλαμπόμενοι φλογὸς, σκοποὶ ἦσαν τοῖς πολεμίοις ἀσυσκόπτως, ὥσπερ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ τῆς ὀργάνων πόρρωθεν μὴ βλεπομένων δυσφύλακτον ἦν τὸ βλεπόμενον. ἦν τε οὖν τῆς ὀξυβελοῦς, καὶ καταπελτῆς βία πολλοὺς ἅμα διήλαυνε, καὶ τῆς ὑπὸ τῶν μηχανῆς ἀφιεμένων πετρῶν ὁ ῥοῖζος ἐπάλξεις τε ἀπέσυρε, καὶ γωνίας ἀνέθρυπτε πύργων. αἰδοῖα μὲν γὰρ οὐκ ἦν οὔτως ἰσχυρὰ σῖφος, ὃ μὴ μέχρις ἐχάτης στρώνυ φάλαγγος, βίᾳ τε καὶ μεγέθει τοῦ λίθου. μάθοι δ' ἄν τις τὴν τοῦ μηχανήματος ἀλκὴν, ἐκ τῆς δι' ἐκείνης τοῖς δι' αὐτῆς νυκτὸς γενομένων.

Κεφ. ιζ. Πλησίος γάρ τις ἀπ' αὐτοῦ τῆς περὶ τὸ ἰώσηπον ἑστῶτων αὐτὰ τὸ τεῖχος, ἀπαρράξαντος τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τῆς πέτρας, καὶ τὸ κρανίον ὅλον ἔξω ἐσφενδονήθη σανίδων, γυναικός τε μετ' ἡμέραν ἐγκύμονος πλησίον τοῦ γαστέρα, σχισθεὶς δὲ νεὸς ἐκ οἰκίας, ἐξέσω ἐφ' ἡμιστάδιον τὸ βρέφος. τοσαύτη μὲν τοῦ λίθου βία. τῆς μὲν ὀργάνων, φοβερώτερος ὁ ῥοῖζος. τῆς δὲ βαλλομένων, μὲν ὁ φόβος. ἐπάλληλοι δ' ἐκατέρωθεν οἱ πεσόντες τῷ τείχους ῥιπὴ ὁμοῦ, καὶ δ' ἐπὶ μὲν σῶν ἔτι κρατῶν γυναικῶν ἠλίσκετο. συνέχυτο δὲ ἔξωθεν οἰμωγαὶ φονευομένων, αἵματι δ' ἐῤῥέετο πᾶς ὁ περὶ τῆς μάχης περίβολος, καὶ προσβατὸν ὑπὸ πλημμάτων τὸ τεῖχος ἐγένετο. φοβερώτερον δὲ ἦν ἐποίει τὸν βοὸν προσηχοῦντα τὰ ὄρη, καὶ οὐδὲν ἐπ' ἐκείνης τῆς νυκτὸς, ὅτε εἰς ἀκοὰς, οὔτε εἰς ὄψεως κατάπληξιν ἀπελείφθη. πλεῖστοι μὲν γε τῶν ὅπλων ἰωταπάτης ἀγωνιζόμενοι γενναίως ἔπεσον. πλεῖστοι δὲ ἐγλάγοντο ξαυμάτων, καὶ μόλις περὶ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν, ἐκλείποντος τοῖς μηχανήμασι τὸ τεῖχος ἀσφαλείπτως τυπτόμενον. οἱ δὲ φεύξάμενοι τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς ὅπλοις, τὸ καταῤῥῆξαι αἰσχυνόμενοι πρὶν βληθῆναι τὰς ὑπαπείους ὑπὸ τῆς ῥωμαίων μηχανάς.

Κεφ. ιη. Ὑπὸ δὲ τοῦ ἕω σύστασιν ὅπλων ἡ κατάληψις τῆς πόλεως συμβῆναι τοῖς στρατιώταις, ὀλίγον ὕπνου λαβεῖν πᾶσι δεδωκόσιν. ἐκέλευον δὲ ὑπὸ τῆς καταῤῥηγνυμένου πρὸς ἑσπέραν τοῦ τείχους, ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἰέναι, καὶ τὰ ἄνω τῆς πόλεως σώζειν. ἐκλύσαντες δὲ τοὺς ἐφεστῶτας, οἷς μὲν ἡμαρτάνοντο τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἀποβήσας τῆς ἔπαυσεν, ἔνιοι δὲ τὰς πύλας τοῦ τείχους, πάντοθεν περιφερόμενοι τοῖς ὅπλοις, καὶ τοὺς κοντοὺς προέχοντες, ὡς ὑπὸ πλῆθος ὑπαπείους βάλλοιεν μηχανὰς, κατάρχουσι τῆς εἰσόδου. κατόπιν δὲ αὐτῶν ἔταξε τοῦ πλοῦ τὸ ἀκμαιότατον. τὸ δὲ λοιπὸν ἱππικὸν, αὐτὸς ἀριξίτυφι τῷ τείχει

A concurrebant: & ante omnes Titus aderat metuens patri. Vnde contigit vt & beneuolentia circa rectorem, & filij trepidatio confunderet multitudinem. facilè tamen pater & timore filium, & perturbatione liberauit exercitum. superato enim dolore vulneris, & ab omnibus, qui sui causa pertimuerunt conspici studens, bellum in Iudæos sæuius incitauit. nam velut vltor quisque imperatoris omne periculum adire cupiebat: & clamore alius alium adhor-
B tantes, murum petebant. Ioseph⁹ autem cum suis, licèt assiduis balistarum itémque tormentorum ictibus caderent, nequaquam tamen deterrebantur à muro: sed flammis & ferro & saxis eos apperebant, qui arietem protecti cratibus impellerent. Nihil autem, aut parum proficiebant, cùm sine intermissione procumberent in conspectu hostium positi, quos ipsi contra videre non possent. nam & suis ignibus collucebant, tanquam si dies esset, &
C certum erant hostibus signum quò tela dirigerent: machinisque procul non apparentibus; missilia cauere non poterant. Ergo propterea tam catapultarum quàm iaculorum vi simul multi transfigebantur: missáque machinis saxa & murorum minas auferebant, & frangebant angulos turrium. virorum autem nulli tam fortiter constipati erant, vt non vsque ad extremam aciem saxi magnitudine ac violentia sternerentur. Sciet autem aliquis, hu-
D ius machinæ vis quantum valeat, ex his quæ illa nocte contigerunt. in muro quidam ex circunstantibus Iosepho, saxo percusso caput auulsum est, eiúsque ad tertium stadium veluti funda excussa caluaria. Interdiu quoque prægnantis fœminæ transiecto vtero, ad dimidium stadium infans abactus est: tanta tormento vis fuit. Ergo machinis terribilior erat impetus, & missilium strepitus. Crebri autem mortui, cùm per muros deiicerentur, sonabant. & acerbissimus quidem intus excitabatur mulierum clamor: extrinsecus autem occumbentium gemitus concrepabant: totúsque ambitus muri, ad quem pugnabatur, sanguine confluebat: iámque ascendi poterat congestione cadauerum. montes autem resonantes, multo amplius horrorem augebant: nec quicquam illi nocti defuit, quod vel auribus vel oculis terrorem posset incutere. Plurimi quidem pro Iotapata decertantes, fortiter ceciderunt, plurimi etiam sauciati sunt, & tamen vix circa matutinas vigilias murus assiduis machinarum ictibus cessit. Túmque illi quidem corporibus atque armis eam partem, quæ deiecta fuerat, priusquam Romani pontes apponerent, munierunt.

CAP. X. De iterata impugnatione Iotapatenorum.

MAnè autem Vespasianus ad occupandam ciuitatem iam ducebat exercitum, ex nocturno labore paulum recreatum. Idémque cupiens de conuulsa muri parte alios propugnatores depellere; equitum quidem fortissimos equis depositos trifariá collocat: vt tecti armis dirutum latus vndique obsiderent, contósque prætenderent: & cùm pontes admoueri cœpissent, ipsi priores introirent. Post illos autem pedites validissimos ordinauit. Reliquam verò equitũ multitudinem secũdũ muri spatiũ

per montana loca distendit, ne quis fugiens excidium ciuitatis lateret. Deinde qui hos sequerentur constituit sagittarios, paratas sagittas habere iussos: funditores quoque similiter, & appositos machinis. Aliis autem integris muri partibus scalas applicare præcepit, vt qui hos prohibere tentassent, deiectæ partis defensionem relinquerent: cæteríque omnibus simul telis oppressi, violentiæ irrumpentium cederent. Iosephus autem hoc consilio cognito, per murum integrum labore fatigatos itémque senes disposuit, quasi lædi non possent: in parte verò collapsa validum & potentissimum quémque. senósque ante omnes viros, in quibus & ipse fuit, ad pericula subeunda sortitus est: hísque præcepit, vt agminum vlulatibus ne metu quaterentur, aures obstruerent: cótra sagittarum verò multitudinem communiti protegerentur desuper scutis: paulatimque recederent, donec sagittarij pharetras exinanirent. Si verò pontes à Romanis apponerentur, ipsos prosilire mandauit: atque hostibus persuasit per sua instrumẽta resistere: vnumquemq; verò ita certare debere, non quasi conseruandam tueretur, sed quasi perditam iam patriam vindicaret: atque oculis suis proponere mactari senes ac liberos, coniugésque suas propemodum ab hostibus capi: vímque futuræ cladis iam nunc collectam in autores eius effundere. ita quidem in vtroque disposuit. Ciuitatis autem vulgus imbelle, mulieres ac pueri, postquam oppidum triplici acie vidêre circundatum (nullus enim ad pugnam translatus fuerat à custodiis) stricte ísque gladiis ad partem muri deiectam hostes instare, armísque montana loca omnia desuper collucere, atque Arabum quendam sagittariis tela suggerere, tunc extremo vlulatu quasi capta vrbe consonuerunt, non vt impendere mala, sed vt adesse iam crederes: Quare Iosephus mulieres, ne misericordia suorum animos effœminarent, intra domos cum interminatione concludit, silere iussas: ipse verò ad partem muri, quæ sibi obtigerat transiuit. & scalas quidem applicantibus animum non intendit, sed tantùm speculabatur impetum sagittarum. Simul autem ac tubicines vniuersarum legionum consonuerunt, & grauiter infremuit exercitus: signóque dato, missis vndique sagittis lux obscurari cœpit. Iosephi socij memores præceptorum, & aduersus clamorem obstructis auribus, & contra sagittarum vulnera corporibus communitis, cum admouerentur pontium machinæ, ipsi eas cursu, & antequam hostes pedem in his ponerent, occupant: eósque ascendere nitentes prælio deturbant, varia manuum itémque animi facinora demonstrantes: & ne vel in extremis calamitatibus deteriores illis viderentur, qui sine periculo fortes contra se essent, curabant. nec prius à Romanis diuellebãtur, quàm vel caderent vel occiderent. Itaque Iudæis perpetuò dimicantibus, cùm nec vnde mutarent propugnatores haberent, defessis autem Romanorum assiduè substituerentur próque his quos violentia repulissent, alij succederent: inuicem se adhortati latera copulant:

καὶ πᾶσαν τὴν ὀρχήστραν, πρὸς τὸ μηδένα τῶν ἀφυλάκτων ἐκ τοῦ ἀλαλάσσειν ἀσφαγῆναι. καὶ τότε μὲν ἠμύνατο τοὺς τοξότας, ἔχειν κελεύσας ἕτοιμα τὰ βέλη πρὸς ἄφεσιν. ὁμοίως δὲ σφενδονήτας καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν μηχανημάτων ἑτέρους ἢ κλίμακας ἀραμένους, προσφέρειν ἐπάνω τοῖς ἀπροόπτοις τείχεσιν, ἵνα οἱ μὲν τούτους κωλύῃ προσβάλλοντας, καταλείποιεν δὲ τοὺς κατὰ πρόσωπον φυλακὴν, οἱ λοιποὶ δὲ, ὑπ' ἀσθενῶν βιαζόμενοι τὴν θέλαν, εἴξωσι τοῦ εἰσόδου. ἰώσηπος δὲ συνιὼν τὴν ἐπίνοιαν, ὅτι μὲν τοῦ μέλλοντος τείχους, σὺν τοῖς κεκμηκόσιν, ἴσησι τοῖς γηραιοῖς, ὡς μηδὲν παύσειν βλαπτομένους. καὶ δὴ τὰ παρερρωγότα τοῦ τείχους, τοὺς δυνατωτάτους, καὶ πρὸ πάντων, αὐτὰ ἐξ ἀνδρὸς, μετ' ὀλίγων καὶ αὐτὸς εἰς τὸ προκινδυνεύειν, ἀνεληφώσατο, καὶ λίθους τε πρὸς μὲν τὸν ἀλαλαγμὸν τῆς ταγμάτων ὑπερφέρειν τὰς ἀκοὰς, ὡς μὴ καταπλαγῆναι. πρὸς δὲ τὸ πλῆθος τῆς βολῆς συνασπίσαντας καλύπτεσθαι ὑπερθεν τοῖς θυρεοῖς, ὑποχωρῆσαί τε πρὸς ὀλίγον ἕως ταῖς φαρέτραις κενώσωσιν οἱ τοξόται. βαλλόντων δὲ τὰς ὑπερβατηρίους μηχανὰς αὐτοῖς προσπελᾶν, καὶ τῆς ἰδίων ὀργάνων ἀπαντᾶν τοῖς πολεμίοις, ἀγωνίζεσθαί τε ἕκαστον, οὐχ ὑπὲρ σωθησομένης, ἀλλ' ἤδη ὀλωλυίας ἤδη τε παιδὸς ἀμυνόμενον, λαμβάνειν τὸ πρὸ ὀφθαλμῶν σφαγησομένους γέροντας, καὶ τέκνα, καὶ γυναῖκας αἰχμαλωτισθησομένας ὑπὸ τῆς ἐχθρᾶς ὄψεσιν οὐδέπω, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ μελλούσης συμφορᾶς θυμὸν προσαλλίσαντας, ἐναφεῖναι τοῖς δράσουσιν αὐτάς. ἔταξε μὲν οὖν οὕτως ἑκάτερον. τὸ δ' ἀρχὴν ἅπαν τοῦ πόλεως πλῆθος γύναια καὶ παῖδες ὡς ἐθεάσαντο, βροντῇ μὲν φάλαγγι τὴν πόλιν ἐζωσμένην, οὐδένα δὲ τοῦ μάχου μεταπεπτωκότα τῆς πάλαι φυλάκων, πρὸς δὲ τοῖς βεβλημένοις τείχεσι τοὺς πολεμίους ξιφήρεις, καὶ τὴν καθύπερθεν ὀρεινὴν λαμπομένην ὅπλοις, τά τε βέλη τοὺς τοξότας ἐπανέχοντα τῆς ἀράβων, ὑσματόν τινα κακοτυχῆ ἀλάσεως συνήχησαν, ὡς ἐκ ἀπροσδοκήτου ἐπὶ τῆς κακῶν, ἀλλ' ἤδη παρόντων. ὁ δ' ἰώσηπος τὰ μὲν γυναῖα ὡς μὴ θηλύνοιεν οἵᾳπερ τοῖς ὁρμαῖς τῆς σφετέρου, κατακλείει ταῖς οἰκίαις, μετ' ἀπειλῆς ἡσυχάζειν κελεύσας. αὐτὸς δ' ἐπὶ τῆς ἐρριφθέντων ἦλθε παρήει. τοῖς μὲν οὖν καθ' ἕτερα ἐπεσφέρουσι τὰς κλίμακας, οὐ προσῆκεν. ἀπεκαθήκει τὴν ὁρμὴν τῆς βελῶν. ὁμοῦ δ' οἵτε σαλπιγκταὶ τῆς ταγμάτων ἀπάντων συνήχησαν, καὶ δ' ὅσοι ἐπαλάλαξεν ἅπαντα, καὶ πάντοθεν ἀφιεμένων ὑπὸ συνθήματος τῆς βελῶν, τὸ φῶς ὑπεστέγετο. μεμνημένοι γε μὴν τῆς τοῦ ἰωσήπου προστάγματων, οἵτε σὺν αὐτῷ, τάς τε ἀκοὰς πρὸς τὴν βολὴν, καὶ τὰ σώματα πρὸς τὰς ἀφέσεις ἐφείλκυσαν, καὶ βαλλόντων ταῖς μηχαναῖς, ἐπεξέδραμον δ' αὐτῶν, πρὶν ἀγαβλῦσαι τοὺς ἀγαβαλόντας. συμπλεκόμενοι γε μὴν τοῖς ἀδιοῦσι πάντα καὶ χειρῶν ἔργα καὶ ψυχῆς ἐναπεδείκνυντο, προσερρώμενοι δὲ ταῖς ἐχάταις συμφοραῖς, μὴ χείρους φαίνεσθαι τῆς ἐν ἀκμῇ νέων τῆς χεῖρας αἱρεῖσθαι. ὥστε οὐ πρότερον ἀπερρήγνυντο τῆς ῥωμαίων πρὶν ἢ πεσεῖν, ἢ ἀναφθῆναι. ὡς δ' οἱ μὲν ἔκαμνον ἀνιηκοῖς ἀμυνόμενοι, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀμείβειν οὐκ ἐχόντες, τὸ κεκμηκὸς δ' τῶν ῥωμαίων ἀκραιφνὲς διαδέχοντο, ἀναπαυόμενοι ἀλλήλοις, καὶ πλουτοῦντες μὲν σώσαντες,

σπίδες, τοῖς ὑπὸ θυρεῶν καθύπερθεν φερομένοις, τεῖχος ἄῤῥηκτον ἠθροίζετο, καὶ καθάπερ σῶμα πᾶσιν τῆ φάλαγγι τοὺς Ἰουδαίους ἀνωθοῦντες, ἤδη τῷ τείχει ἐπέβαινον.

Κεφ. ιθ. Ὁ δὲ Ἰώσηπος ἐν τῇ ἀμηχανίᾳ συμβουλὴν λαβὼν τῇ ἀνάγκῃ, ἣ δὴ ὀξεῖ φύσει θερμοῖς δίνοις, ὅταν αὐτὴ ὑπογνῶσις ἐρεθίζῃ, ζέον ἔλαιον ἐκέλευσε καταχεῖν τῶν συνησπικότων. οἱ δὲ ὡς παρεσκευασμένον ἔχοντες μετὰ τάχους πολλοὶ, καὶ πολὺ πάντοθεν τῶν ῥωμαίων κατέχεον, συνεπαφιέντες καὶ τὰ ἀγῶνα δεχόμενα τῇ θέρμῃ. τοῦτο κομιζόμενον τῶν ῥωμαίων, διασπᾷ μὲν τὴν τάξιν, καὶ μετὰ δεινῆς ἀλγηδόνος ἀπεκύλινδε τοῦ τείχους. ῥᾳστα μὲν γὰρ τὸ θερμὸν διὰ πόρων μέχρι πολλῶν ὑπὸ ταῖς πανοπλίαις διέῤῥει τὸ σῶμα τοῖς ὅλου, καὶ ἡ σὰρξ φλογὸς ὑδὲν ἧσσον ἐπεδόσκετο, θερμαινόμενόν τε φύσει ταχέως, καὶ ψυχόμενον βραδέως διὰ τὴν πίοτητα. τοῖς δὲ θωρηξὶ τοῖς κεφαλικοῖς ἐνδεδυμένοις, ἀπαλλαγὴ τῶν καύσεως ἦν μὴ. πεδιῶται δὲ καὶ συνηλγηκότες τῇ ἀλγηδόνι, ἀπὸ τῶν γεφυρωμάτων ἐπίπτον. οἱ δὲ ζαπέδαις εἰς τοὺς ὀπισθεν πεζομαχοῦντας ὄντες. ἐπέλιπε δὲ οὔτε ῥωμαίους τὸ τῆς κακοπραγίας ἰσχὺς, οὔτε τοὺς Ἰουδαίους συνέσεως. ἀλλ' οἱ μὲν καὶ περ οἰκεῖα πάσχοντας ὁρῶντες τοὺς καταχυθέντας, ὅμως εἰς τοὺς καταχοῦντας ἐφέροντο, τὸ δὲ αὐτὸ κακίζοντες ἕκαστος εἰς ἐμπόδιον ὄντα τῆς ῥώμης. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι δόλῳ δ' ἑτέρῳ τὰς γεφύρας ἀπάτην ἐπάσφαλλον, τῶν ἐφθὴν ὑποχόντες τὰ σανίσιν, ἃς ἐπολιθαίνουν, ὑπεσύροντο, καὶ οὔτε τῷ ἐπομένῳ, οὔτε τῷ προσβαίνοντι τὴν ὁρθὴν ἔμενεν. ἀλλ' οἱ μὲν ὑπολισθόντες τῷ ὀλισθηρείᾳ μηχανὴν συνεπατοῦντο. πολλοὶ δὲ καὶ τὸ χῶμα κατέπιπτον. ἐπαίοντο δ' ὑπὸ Ἰουδαίων οἱ πεσόντες. σφαλλομένων γὰρ τῶν ῥωμαίων, ῥᾴδιοι τοῖς καὶ χεῖρα συμπλακεῖς ἐλεύθεροι ὄντες, πρὸς τὰς βολὰς ἀκόλυτοι. πολλοὶ δὲ καπουμένους ἐν τῇ προσβολῇ τοὺς στρατιώτας. ὁ στρατηγὸς αὐτὸς δείλην ἀνακαλεῖ. ἔπεσον δὲ τούτων μὲν οὐκ ὀλίγοι, καὶ πλείους ἐτρώθησαν. τῶν δὲ ὑπὸ τῶν Ἰωταπατηνῶν, ἀπέθανον μὲν ἓξ ἄνδρες, ξὺν μιᾷ καὶ ἑβδομήκοντα ἀνακομισθησαν. οὕτω δὲ μὲν οὐδ' ἀκόνου μᾶλλον, ἡ τάξις ἐῴ.

Κεφ. κ. Ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς ἐν τοῖς συμβεβηκόσι τῷ στρατεύματι ἀθυμηθέντος, ὡς δυσμενῶς ἐώσης, καὶ οὐ προσχωρούσης, ἀλλ' ἔργον δυσμενοῦς, προσυψώσας μὲν τὰ χώματα, πύργους δὲ ξύλων, πεντήκοντα ποδῶν ἕκαστον τὸ ὕψος κατασκευάσας πάντοθεν σιδήρῳ κεκαλυμμένους, οἷς ἐδρᾶσοι τὸ σῶμα ὑπὸ βελῶν, καὶ δυσάλωτοι πυρὶ, τῷ χώματι ἐπέστησεν, ὀκτώσας αὐτοῖς ἀκοντιστὰς ἑκατέρωθεν, καὶ τοξότας, καὶ τὰ ἀφετήρια ὀργάνων τὰ μικρόφορα, πρὸς δὲ τοὺς ῥωμαλεωτάτους σφενδονητὰς, εἰ μὴ κατορῴμενοι δι' τὸ ὕψος, καὶ τὰ θωρήκια τῶν πύργων, οἷς κατορωμένους τοὺς ὑπὸ τῷ τείχους ἔβαλλον. οἱ δὲ μόλις κατὰ κόρυς φερόμενοι τῶν βελῶν ἐπιπλήξη ῥᾳδίως δυνάμενοι, μήτε τοῖς ἀφανῶς ἀκοντίζουσι, καὶ τὸ μὲν ὕψος τῶν πύργων δυσεφικτον ὁρῶσιν ἐκ χειρὸς ὄντι, πυρὶ δὲ ἀδιαπόνητος σίδηρος δυσαπάλωτον, ἐφύλαττον ἀπὸ τοῦ τείχους, καὶ προσβάλλειν πειρωμένοις ἐπῆσαν. καὶ οἱ μὲν ὑπὸ τῶν Ἰωταπατηνῶν, αὐτόθεν ἄνευ, ἀναχωρούμενοί τε καθ' ἡμέραν πολλοὶ, καὶ μηδὲν ἀνήκεστον τοῖς πολεμίοις, ὅτι μὴ μετὰ κινδύνων αὐτῶν ἐργάζεσθαι ἔχοντες.

protectique desuper longioribus scutis, inexpugnabilis globus effecti sunt: totáque acie velut vno corpore repellendo Iudæos, muro iam pedem ponebant. Tum Iosephus, his rerum anguſtiis consilio necessitatis adhibito, machinis excogitandis cum desperatione stimulatur: feruentique oleo perfundi milites iubet, scutorum coniunctione defensos. id autem Iudæi multi, qui & paratum haberent, & plurimum, citò Romanis infundūt: ipsis etiam in eos ahenis missis calore bullientibus. Hæc res Romanorum ardentium aciem dissipauit, & cum dolore sæuissimo deuoluebantur à muro. siquidem facilè à vertice ad pedes vsque sub armatura oleum per totum corpus fluebat, carnémque non secus ac flamma depascebatur: quod natura facilè calesceret, seróque pro sui pinguedine refrigesceret. Thoracibus autem & galeis illigatis incendij fuga non erat. Nunc autem salientes, nunc incuruati dolore, de pontibus decidebant. Ad suos autem contranitentes tutò recedere non poterant, quoniam facilè ab insequentibus vulnerabantur. Sed neque Romanis virtus in rebus aduersis, nec Iudæis prudentia defuit. Romani enim licèt oleo perfusi mirabilia pati viderentur, tamen in eos, qui perfuderant ferebantur, præcedentem quisque incursando, tanquam ipse impetum retardaret. Iudæi verò progressum eorum dolo altero deceperunt, cum fœno græco decocto pontium tabulata perfunderent: quibus illi dilabentes retrahebantur, vt neque fugientium quisquam, neque aggredientium firmo posset eniti vestigio: sed alij quidé resupinati per ipsas pontium tabulas calcarentur, multi verò super aggeres deiicerentur: & qui cecidissent, à Iudæis feriebantur: qui Romanis desilientibus conflictu iam liberi, facillimè tela dirigebant. Cùm autem multa milites mala in hac perpeti pugna dux videret, sub vesperā eos reuocat: quorum non paucis trucidatis, plures sunt vulnerati. Ex Iotapata verò sex viris mortuis, plures quàm trecenti saucij translati sunt. Hoc autem modo pugnatum est Iunij mensis die vigesimo. At Vespasianus eorū causa, quæ acciderant, consolatus exercitum, postquam ira vidit accensum, neq; tam exhortationem quàm opus deposcere, aggeres quidem altius tollit. Tres verò turres quinquagenū pedū in excelsū iubet erigi, ferro vndiq; tectas, vt & pōdere stabiles esset, neq; ignib⁹ expugnarētur eásq; super aggeres collocat, iaculatorib⁹ & sagittariis, itēq; leuioribus missiliū machinis plenas, fūditorū quoq; fortissimis. Qui cū nō cōspicerētur propter altitudinē turriū & loricas, ipsi eos qui super murū astarēt facilè cōspicuos telis feriebāt. at illi cū neq; à vertice venientes sagittas facilè declinarent, neq; vlcisci possent quos nō viderēt: altitudine quidē turriū librata manu iacula superārent: ferro autem, quo erāt septæ, flammis obstante: ob hæc defensionem muri deserunt: oppugnationémque tentantibus promptè occurrunt. Et Iotapateni quidem ita resistebant. quamuis multi in dies singulos occumberent, neque contra mali quicquam hostibus facerent, quòd eos sine periculo prohibere non poterant.

CAP. XI. Iaphæ expugnatio à Traiano & Tito.

HIs autem diebus Vespasianus ad finitimam quandam Iotapatæ ciuitatem euocatus, cui nomen est Iapha, nouas res affectantem, & propterea, quòd Iotapatenos præter spem restitisse audierat, insolescentem, mittit eò Traianum decimæ legionis rectorem, dans ei duo millia peditum & equites mille. Ille autem cùm oppidum contra expugnationem munitissimum reperisset (nam præter naturam qua tutum erat etiam muro duplici cingebatur) habitatores verò eius vidisset paratos ad pugnam sibi obuios processisse, prælium cum his committit: eósque paulisper reluctatos: in fugam vertit: quos vestigiis consecuti Romani, exterioris muri ambitum quò confugerant, cum ipsis irrumpunt. secundum autem murum petentibus, ciues sui clausêre ciuitatem, metu scilicet, ne cum his rursus hostes intrarent. Profectò autem Deus Galilæorum clades Romanis donabat, qui etiam tunc ciuitatis eius vniuersum populum exclusum mœnibus propriis, ad interitum hostibus dedit auidissimis cædium. Multi enim simul ruentes ad portas, multúmque nominatim præpositos inclamantes, inter ipsas preces mactabantur, quibus hostes vnum murum, alterum ciues clauserant: & inter medios coacti murorum ambitus, multi quidem sociorum gladiis transfigebantur, infiniti verò à Romanis interficiebantur, ne ad vlciscendum quidem recepta fiducia. nam præter hostilem metum, etiam domestica proditio eorum animos fregerat. Denique moriebantur, non Romanos, sed Iudæos execrando, quoad omnes interiêre numero hominum, duodecim millia. Vnde Traianus vacuam esse ciuitatem pugnatoribus reputans, & si qui adhuc intus essent, nihil eos ausuros esse existimans præ timore, imperatori excidium reseruauit. eúmque per nuncios rogauit, vt filium suum Titum mitteret, finem victoriæ impositurum. ille autem laboris aliquid supereſſe ratus, cum milite filium misit, hoc est, quingentis equitibus, & peditibus mille. Qui maturè ad ciuitatem profectus sic ordinauit exercitum, vt in læuo quidem latere Traianum constitueret, ipse verò in dextro obsidioni præesset. Itaque militibus scalas muris vndique applicantibus, cùm paulisper desuper Galilæi obstitissent, continuò mœnia reliquerunt: Titus verò eiúsque comites saltu demissi, maturè ciuitatem obtinuerunt. Túmque vehemens cum his qui se intus cõgregauêre, pugna commissa est: nunc per angusta viarum irruentibus validissimis, nunc fœminis ex tectorum culminibus, quæ fortè inuenissent, tela iactantibus. Et hoc quidem modo vsque ad sextam horam sustinuêre conflictum. absumptis autem bellatoribus, cætera multitudo, & sub diuo, & per domos, senes pariter ac iuuenes mactabantur. Denique virilis sexus præter infantes nullus remansit, qui cum mulieribus abducti sunt seruitio. Interemptorum quidem in ciuitate, & in primo congressu, numerus fuit xv. millia: captiuorum autem duo millia cxxx. Hæc Galilæis clades cõtigit quinto & vigesimo die Iunij mensis.

Κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, οὐεσπασιανὸς δὴ τινα τῶν ἰωταπάτης ἀγχιτόνων πόλιν (ἰαφὰ καλεῖται) νεωτερίζουσαν, καὶ τὴν ἰωταπατηνὴν ὑπὲρ δόξαν αὐτοῖς ἀντέχοντων ἐπαγόμενον, ξαίωνά τε δεκάτου τάγματος ἡγεμόνα ἐκπέμπει, σὺν δισχιλίοις αὐτῷ πεζοῖς καὶ ἱππεῦσι, πεζοὶ δὲ δισχίλιοι. ὁ δὲ τὴν μὲν πόλιν δυσάλωτον καταλαβών, ἅτε καὶ τῇ φύσει καρτερᾷ τυγχάνουσα, καὶ διπλῷ περιβόλῳ τειχισθεῖσα, πεφραγμένους δὲ τοὺς ἐξ αὐτῆς ἑτοίμους εἰς μάχην συμβάλλει, καὶ πρὸς ὀλίγον ὑπομείναντας, ἐδίωκε. συνεφυγόντων δὲ εἰς τὸ ἔσχατον τεῖχος, οἱ ῥωμαῖοι κατὰ πόδας προσπεσόντες συνεισέπεσον. ὁρμήσαντας δὲ πάλιν εἰς τὸ δεύτερον τεῖχος, ἐκκλείουσι τῆς πόλεως οἱ σφέτεροι, δείσαντες μὴ συνεισβάλωσιν οἱ πολέμιοι. θεὸς δὲ ἦν ἄρα ὁ ῥωμαίοις τὰ γαλιλαίων πάθη χαριζόμενος, ὃς οὐ πώποτε τὸν τῆς πόλεως λαὸν αὐτανδρον χαρὰν οἰκείαις ἐκδιδόντα πρὸς ἀπόλεμον, ἐκδοτον φονεῦσιν ἐχθροῖς παρέσχεν. ἐμπίπτοντες γὰρ ἀθρόοι ταῖς πύλαις, καὶ πολλὰ τοὺς ἐπ' αὐτῶν ὀνόμασι καλοῦντες, ἐν μέσαις ἀπεσφάττοντο ταῖς ἱκετείαις. καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῖς τεῖχος οἱ πολέμιοι, τὸ δεύτερον δ' ἔκλεισαν οἱ σφέτεροι. μέσοι δὲ τῷ δύειν κατειλούμενοι βελῶν βύζιον, πολλοὶ μὲν τοῖς ἰδίοις βεβαπτίσθησαν ξίφεσιν, ἄπειροι δὲ ὑπὸ ῥωμαίων ἔπιπτον, οὐδὲ ὅσον εἰς ἄμυναν ἀναθαρρῆσαι τοῖς. πρὸς γὰρ τῷ καταπεπλῆχθαι τοὺς πολεμίους, τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἔκλασεν ἡ τῆς οἰκείων προδοσία. πέρας ἔθνησκον, οὐ ῥωμαίων, ἀλλὰ τῇ ἰδίων καταφθόμενοι, μέχρι πάντες ἀπώλοντο, ὠμείνοι καὶ δισχίλιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες. κενὴν δὲ μαχόμενον λαμβάνοντα ἔδει τὴν πόλιν ὁ ξαίωνας, εἰ δὲ καὶ τινες εἴσοδον εἶεν, οἰόμενος μηδὲν αὐτοὺς τολμήσειν ὑπὸ δέους, ἀπίθει τῷ στρατηγῷ τὴν ἄλωσιν. καὶ στέλλας ἀγγέλους πρὸς οὐεσπασιανὸν, ἠτεῖτο πέμψαι τὸν υἱὸν αὐτῷ τὸν ἐπιθήσοντα τῇ νίκῃ τέλος. ὁ δὲ συμβαλὼν ὑπολείπεσθαί τινα πόνον, μετὰ στρατιᾶς τὸν υἱὸν ἀπέπεμψεν, πεντακοσίων μὲν ἱππέων, χιλίων δὲ πεζῶν. ὁ δὲ πρὸς τὴν πόλιν ἐλθὼν δεξιὰ τάξει, τὴν μὲν στρατιὰν κατέστησε, δίχα μὲν τὸ λαμπρὸν μέρος, τὸ ξαίωνος ἔσχεν, αὐτὸς δὲ τὸ δεξιὸν ἔχων, ἐξηγεῖτο πρὸς τὴν πολιορκίαν. τῇ δὲ στρατιᾷ τὴν κλίμακας πάντοθεν τῷ τείχει προσφερόντων, πρὸς ὀλίγον οἱ γαλιλαῖοι καθύπερθεν ἀμυνόμενοι, λείπουσι τὸν προβολον. ὑπεισδύσαντες δὲ οἱ περὶ τὸν τίτον, τὴν μὲν πόλεως ἐκράτησαν ταχέως, πρὸς δὲ τοὺς ἔσω αὐτοῖς συνεφέστας, καρτερᾷ μάχῃ συνῆγον. καὶ γὰρ ἐν τοῖς στενωποῖς οἱ δυνατοὶ προσέπιπτον, καὶ ἄνω τῆς οἰκιῶν αἱ γυναῖκες ἔβαλλον παντὶ τῷ προσυχὸν αὐτάς. ἡ μέχρι μὲν ἕξ ὥρας αὐτοῖς μαχόμενοι. διαπονηθέντων δὲ τῇ μάχῃ, τὸ λοιπὸν πλῆθος ἦν τοῖς ὑπαθείοις, καὶ κατὰ τὰς οἰκίας ἀπεσφάττοντο, νέοι τε ὁμοῦ καὶ γέροντες. ἐδόκει γοῦν ἄρρην ἀπολείφθη δίχα παίδων, ἃ δὴ γυναικῶν ἐξεωράθησαν. τῆς μὲν οὖν ἀναιρεθέντων αἷμά τε τὴν πόλιν, καὶ δὴ τῆς προτέρας διατάξεως, ἀριθμὸς μύριοι πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις ἦν, τὰ δ' αἰχμάλωτα, δισχίλια καὶ ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα. τοῦτο συνέβη τὸ πάθος γαλιλαίοις εἰκοστῇ δεκάτου μηνός.

Καὶ

Κεφ. ια.

Emen-

Κεφ. κβ. Ἐμειναν δὲ ἐδὲ σαμαρεῖς ἀπείρατοι συμφορῶν. ἀθρόοι δὲ ὄντες ἦδε ὅτι τὸ γαριζὶν καλούμενον ὄρος, ὅπερ αὐτοῖς ἅγιον ἐστιν, καὶ χώραν μὲν ἔμφυτον, πολέμου δὲ εἶχεν ἀπράλλωτ. ἤτε συνοδος αὐτῶν καὶ τὰ φρονήματα. καὶ ἐδὲ τοῖς γε τυχοῦσι κακοῖς ἐσωφρονίζοντο. πρὸς ἢ τὰς ῥωμαίων δυσπραγίας ἐν ἀλογίστῳ τινὶ καὶ σφᾶς ἀδύνειαν ὠρῤῥώδουν, καὶ μετέωροι πρὸς τὰς παρασκευὰς ὑπῆρχον. ἐδόκει ἢ ἐπιτιθεσθαι φθάσαι τὸ κίνημα, καὶ τὰς ὁρμὰς αὐτῶν ὑποτέμνειν. καὶ ἐδὲ ἀεὶ φρουραῖς ἡ σαμάρεῖτις ὅλη διείληπτο. τότε πλῆθος τῶν ἐληλυθότων, καὶ ἡ συνταξις ἰδὼ φοβερά. κερεάλιον ὧν ἔπαρχον ὅλα τῷ πέμπτῳ τάγματος, μθ' ἑξακοσίων ἱππέων, καὶ πεζῶν τετραχιλίων πέμπει. τούτῳ προσβαίνειν μὲν τὸ ὄρος, καὶ συνάπτειν μάχην οὐκ ἀσφαλὲς ἔδοξε, τῶν πολεμίων πολλῶν καθύπερθεν ὄντων. κυκλωσάμενος ἢ τῇ δυνάμει πᾶσαν τινὰ ὑπέρβασιν δι' ὅλης αὐτοὺς ἐφρούρει τῆς ἡμέρας. συνέβη ἢ ὕδατος δεομένων τῶν σαμαρέων, ἐκλεγῆναι τότε καῦμα δεινὸν, ὥστε ἢ ἰδὼ θέρος, καὶ τῶν ἐπιτηδείων τὸ πλῆθος ἀνωδύσκολον, ὡς τινας μὲν αὐθημερὸν διὰ τὸ δίψος ἀποθανεῖν. πολλοὺς ἢ τῆς τοιαύτης ἀπωλείας τὸ δουλεύειν προτιμήσαντας, ῥωμαίοις, προσφυγεῖν. ἐξ ὧν συνεὶς ὁ κερεάλιος, καὶ τοὺς ἔτι συμμένοντας ὑπὸ τῶν δεινῶν καταπονήσας, ἐπαναβαίνει τοῦ ὄρους, καὶ τῷ δυνάμει ἐν κύκλῳ σχεδάσας τοῖς πολεμίοις τὸ μὲν πρῶτον δὴ δεξιὰς προύκαλεῖτο καὶ σώζεσθαι παρεκάλει, δεδιβαιούμενος ἀσφάλειαν τὰ ὅπλα ῥίψασιν. ὡς δ' οὐκ ἔπειθε, προσπεσὼν ἀπέκτεινε πάντας, χιλίους ἑξακοσίους δὴ μείους ὄντας. δισσοὶ μὲν οὖν οἱ κατὰ δὴ καὶ ἑβδόμῃ ἐπεφύκεσαν. καὶ τοιαύταις μὲν συμφοραῖς σαμάρεῖται ἐχρήσαντο.

Κεφ. κγ. Τῶν ἢ αὖ κατὰ ἰωτάπατα δεδηωρτημένων, καὶ παρ' ἐλπίδα τοῖς δεινοῖς αὐτηχθέντων, τεσσαρακοστῇ μὲν ἡμέρᾳ καὶ ἑβδόμῃ τὰ χώματα τῶν ῥωμαίων ὑψώρθη τὸ τεῖχος. αὐτομολεῖ δέ τις πρὸς τὸν θεσπασιανὸν τῆς αὐτῆς ἡμέρας, τινὰ τε ὀλιγότητα τῶν δὴ τῆς πόλεως ἐξαγγέλλων, καὶ τινὰ ἀδύνειαν. καὶ ὡς ἀγρυπνίᾳ διαπεπονημένοι, καὶ μάχαις ἐπαλλήλοις διακεκαυμένοι, δυνατοὶ μὲν εἶεν ἐδὲ βιαζομένους ἔτι φέρειν, καὶ δόλῳ δ' αὖ ἁλῶναι, εἴπερ δηλαδὴ πρὸς τινὰ ἐλάττω φυλακὴν, καθ' ἣν αἴσιόν τε τῶν δεινῶν ἐδόκουν ἔχειν, καὶ καθάπαξ μάλιστα κεκοπωμένων ἐωθινὸς ὕπνος. καταδαρθάνειν ἔφασκε τοὺς φύλακας. συνέβαλλέ τε καθ' αὐτὴν τινὰ ὥραν ἐπελθεῖν. τῷ δὲ ἰὼ μὲν δὴ ὑποψίας ὁ αὐτόμολος, τότε πρὸς ἀλλήλους πιστὸν εἰδότι τῶν ἰουδαίων, καὶ τινὰ πρὸς τὰς πολεμίους ὑπεροψίαν, ἐπειδὴ καὶ πρότερον ληφθεὶς τὸν τῶν ὑπὸ τῆς ἰωτατπάτης, πρὸς πᾶσαν αἰτίαν βασάνων ἀντέσχε, καὶ μηδὲν δεδὰ πυρὸς ἐξαφθῆναι τοῖς πολεμίοις πρὸ τῶν ἔνδον εἰπὼν, ἀντεσταυρώθη τῷ θανάτου καταμισθίᾳ. τάχα μὲν εἰκότα πιστὸν ἐποίει τὸν προδότην, καὶ τάχα μὲν ἀληθεύειν ἐκεῖνον, μηδὲν δὲ αὐτὸς ἐξ ἐπίδρας πίστεσθαι μέγα προσδοκῶν, τὸν μὲν φυλάσσειν ἐκέλευσεν, ὅπη δὲ τινὰ καταλήψειν τῆς πόλεως ἀσφάλειαν τινὰ φράσαι. καὶ δὲ τινὰ μεμυθεῖσαν ὥραν, ἡσυχῇ πρὸς τὸ τεῖχος. καὶ πρῶτος ὑπεβαίνει πίτος συνεὶ τῶν χιλιάρχων δομιτίῳ σαβίνῳ τ ἀπὸ τ πέμπτης καὶ δεκάτου τάγματος τινὰς ὀλίγους ἄγων. ὑποσφάξαντες δὲ τοὺς φύλακας, εἰσίασιν εἰς τινὰ πόλιν ἡσυχῇ, μθ' οὓς σίκιμος τῶν καπερνάου χιλίαρχος,

A Sed ne Samariæ quidem alieni à calamitatibus remansêre: Hi namque in monte Garizin, qui est illis sanctissimus, congregati, locis suis expectabant: belli autem minas eorum conuentus ac spiritus habere videbatur, nec saltem vicinorum malis corrigebantur, sed inconsultâ suarum virium infirmitate, secundis Romanorum rebus exterriti, prona in tumultum voluntate pendebant. Vespasiano autem placebat motus antecapere, B eorumque impetus præuenire. Nam & si præsidiis tota Samaritica regio cincta erat, tamen eorum multitudo, qui coierant & conspiratio timebatur. Eáque causa Cerealem quintæ legionis tribunum, cum sexcentis equitibus tribúsque peditum millibus mittit. Ille autem ad montem quidem accedere, prælióque congredi nequaquam tutum esse duxit, quòd hostes plurimi desuper essent: milites verò circumuallatis vndique montis radicibus, tota C eos die custodiebant. Euenit autem aquæ tunc indigentibus Samaritis, etiam graues accendi æstus (erat enim tempus æstatis, neque se rebus necessariis vulgus instruxerat) adeo vt nõnulli quidem vna die siti morerentur, multi verò eiusmodi morti seruitium præferentes, ac Romanos transfugerent: ex quibus cognito Cerealis, illos etiam, qui adhuc perseuerarent, malis infractos, montem ascendit: & circum hostes exercitu constituto, primùm eos ad fœD dera hortabatur, atque vt salui esse mallent rogabat: si arma proiecissent, tutos fore promittens: deniq; quia persuadere non posset, aggressus eos occidit omnes. Erant autem vndecim millia & sexcenti. Hæc Iunij mẽsis vigesimo & septimo die gesta sunt: atque his calamitatibus Samaritæ oppressi sunt.

Cap. XIII. Iotapatæ ex cidium.

IOtapatenis autem diu durantibus & præter spem aduersa tolerantibus quadragesimo quidem ac septimo die, Romanorum aggeres super murorum altitudinem sunt elati. E quidam verò ad Vespasianum eodem die profugus venit, paucitatem ciuium & infirmitatem simul eorũ enunciãs: quódq; diuturnis vigiliis, & prælijs assiduis cõsumpti, minimè qui dẽ vlterius vim ferre possent, verũ dolo etiã caperentur, si quis instaret. circa extremã nãq; vigiliam, quãdo & malorum requiem habere viderẽtur, & maximè defatigatos custodes matutinus sõnus occupat, dormire eos dicebat, eadémq; horã inuadẽdos esse suadebat. Vespasiano autẽ, quia fidẽ nosset inter se Iudæorũ, quãtaq; superbia pœnas contemnerent, transfuga F suspectus erat: nã & antea quidam ex Iotapata captus, omne tormentorum genus fortiter pertulit, & cùm ne flammis quidem coactus, quid intus ageretur, hostib. exquirẽtibus prodidisset, mortem deridens cruci suffixus est. Fidem tamen proditori coniectura faciebat, fortassẽ illũ vera dicere: ipse autẽ nihil ex eius falG lacia magnũ sibi existimans esse metuendũ, asseruari hominẽ iussit, & ad occupãdã ciuitatẽ parabat exercitum. Hora igitur quæ fuerat indicata, silentio muros petebat: primúsque incedebat Titus cum vno è tribunis Domitio Sabino, paucis ex quintadecima legione comitatus. Interfectis autẽ vigilibus, in ciuitatẽ ingrediũtur, & post eos Sextus Cerealis tribun⁹,

& Placidus, ſubiectos ſibi milites introducebant. Arce verò occupata, cùm hoſtes in medio oppido verſarentur, iamque planè dies eſſet, ne tunc quidem illi qui capti tenerentur, adhuc excidium ſentiebant, multo labore ſomnóq; pariter diſſoluti. Et ſi quis cuigilaſſet, nebula viſus eius hebetauit, quæ caſu tunc plurima ſe circa oppidum fuderat. donec totus irrupit exercitus: ſolóque malorum periculo exuſcitati ſunt, morientéſque demum ſe periiſſe crediderunt. Romanos autem memores quid obſidionis tempore pertuliſſent, neque parcendi cuiquam, neque miſerendi quenquam tangebat cura: ſed ex arce plebem ad prona compulſam facillimè trucidabant, vbi loci difficultas pugnacibus quoque negaret copiam reſiſtendi. viarum namque anguſtiis preſſi, ac per decliuia dilabentes, fluente deſuper bello obterebantur. Id multos etiam qui circa Ioſephum lecti erant, vt manib. propriis liberarentur incitauit. nam cùm ſe viderent Romanorum neminem poſſe occidere, ne Romanorum manibus opperterent præuenerunt, & in extrema parte ciuitatis congregati, ſemet interfecerunt. Quicunque tamen vigilum primi captam ciuitatem ſenſerant, in quandam turrim Septentrionalem fuga recepti aliquandiu quidem reſtiterunt. deinde circunfuſi hoſtium multitudine, ſero dextras dedêre: hisque inſtantibus, mortem ſuam æquo animo præbuerunt. Potuiſſent autem incruento Romani obſidionis fine gloriari, niſi vnus ex ipſis occidiſſet centurio, Antonius, peremptus inſidiis. Nam quidam ex his qui ad ſpeluncas confugerant (erant autem plurimi) rogabat Antonium, dextram ſibi porrigere, ad fidem ſalutis ac præſidium, quo tutus aſcenderet. cúmque is manum porrexiſſet incautè, haſta ille præuentum ſub inguine perculit, ſtatimque confecit. Illo quidem die comparentem multitudinem peremêre Romani. poſtea verò ſecutis diebus ſcrutando latebras, per cuniculos & ſpeluncas in omnem ſæuiebant ætatem, præter infantes ac fœminas. Itaque captiui quidem mille ducenti congregati erant: quadraginta verò millia connumerata ſunt excidij tempore & pugnis ſuperioribus mortuorum. At Veſpaſianus ciuitatem ipſam exſcindi iubet, caſtellúque eius omnia exurit. Iotapata quidem ita deuicta eſt tertiodecimo imperij Neronis anno, calendarum Iuliarum die.

A καὶ πλάκισδος, τοὺς ὑπὸ σφίσι τεταγμένους εἰσῆγον. κατεληλυθυίας δ' αὐτὰς, καὶ τῶν πολεμίων ἐν μέσῃ τῇ πόλει τρεφομένων, ἤδη μὲν ἦν ἡμέρας ὥρης, ὅμως ὅπως ἡ ἁλώσεως τοῖς κεκτημένοις ἄδηλος ἦ. καὶ μέχρι τοῦτο τοῦ χρόνου οἱ πολλοὶ καὶ ὕπνῳ λύγιοντο, καὶ τῶν ἐγκαθεσταμένων ὁμίχλη τὰς ὄψεις ἀπήμβλυνε πολλὴ, καὶ τύχη τότε τῇ πόλει ἐπιχυθεῖσα. μέχρι πάσης τῆς στρατιᾶς εἰσπεσούσης, πρὸς μόνην τὴν τῶν κακῶν ἄδηλον ἐξανέστησαν, καὶ τὴν

B ἅλωσιν ὀλίγοις δυοῖν ἀναλοῦμενοι. ῥωμαίους δὲ κατά τε μνήμην ὧν πρὸ τοῦ τὴν πολιορκίαν ἔπαθον, οὔτε φειδὼ εἰσῆκε πρὸς οὐδένας, οὔτε ἔλεος, ἀλλ' εἰς τὸ κατάντες ὑπὸ τῆς ἄκρας τὸν λεὼν συνωθοῦντες ἐφόνευον. εἶτα καὶ τοὺς ἐπὶ μάχεσθαι δυναμένους ἡ δυσχωρία τὴν ἄμυναν ἀφείλατο. ὀλιβόμενοι γὰρ ἐν τοῖς στενωποῖς, καὶ κατὰ τῶν πρανεστέρων ὑπολιθαίνοντες, ῥέοντι κατ' ἄκρας ἐναλύπλοντο τῷ πολέμῳ. ἔτι τοῦ πολλοὺς, καὶ τῶν πρὸ τοῦ ἐπόντων ὑπολεκτους, ἐπ' αὐτοχειρίαν παρῆξυνε. καταδύντες γὰρ

C ὡς ἐδύναντο τῶν ῥωμαίων αὐχεῖν δύνασθαι, τότε μετεῖπαν αὐτοὶ ὑπὸ ῥωμαίων προέλαβον, καὶ συναθροισθέντες ὅπῃ τὰ καταλύοντα τῆς πόλεως, σφᾶς αὐτοὺς ἀπέκτειναν. ὅσοι γε μὴν ὑπὸ πρώτου τῆς καταλήψεως ἄδηλοι τῶν φυλακῶν διαφυγεῖν ἔφθασαν, ἀναβαίτες εἴς τινα τῶν πρὸς ἄρκτον πύργων μέχρι μόνων τινὲς ἀπεμείναντο. πολιορκηθέντες δὲ τῷ πλήθει τῶν πολεμίων, ὀλίγοι σαρῶσαν τὰς δεξιὰς, καὶ τοῖς ἐφεστῶσι τοῦ σφαγίου δύσμοι

D παρέχον. αἱμάκτου δ' αὐ μὲν αὐχήσαι ῥωμαίους τὸ τέλος τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ κατὰ τὴν ἅλωσιν εἷς ἔπεσεν ἑκατοντάρχης, ὃς μὲν αὐτῶν Φρόντων. θνήσκει δὲ ὑπ' ἐνέδρας. τῶν γὰρ εἰς τὰ σπήλαια τῆς συμπεφευγότων (πολὺ δ' οὗτοι πλῆθος ἦσαν) ἱκέτευε τὸν αὐτόνιον ὀρέξαι δεξιὰν αὐτῷ, πίστιν τε σωτηρίας, καὶ βοήθειαν πρὸς ἀσφάλειαν. ὁ δ' ἀφυλάκτως ὤρεξε τοῦ χεῖρα, καὶ φθάσας αὐτὸν ἐκεῖνος, νύττει κάτω ὑπὸ τὸν βουβῶνα δόρατι, καὶ θανάσιμα διεμάζει. κατ' ἐκεῖνο μὲν οὖν τῆς ἡμέρας,

E τὸ φανερὸν πλῆθος ἀπέκτειναν ῥωμαῖοι. τοὺς δ' ὑπουσους ἀναζητοῦντες τοὺς κατὰ δύσεις, τοὺς ἐν τοῖς ὑπονόμοις καὶ τοῖς σπηλαίοις ἐπεξήεσαν, καὶ διὰ πάσης ἐχέφρων ἡλικίας, πλὴν ἱππέων & γυναικῶν. καὶ τὰ μὲν αἰχμάλωτα χίλια πρὸς τοῖς ἑξακοσίοις συνήχθη. τοὺς δὲ κατὰ τὴν ἅλωσιν, καὶ κατὰ τὰς πρότερον μάχας, συνηθροίσθησαν τεθαπτευκότες. οὐδεὶς δὲ τὴν τε πόλιν κατασκάψαι κελεύει, καὶ τὰ θεμέλια πάντα προσεμπρῆσαι αὐτῆς. ἰωτάπατα μὲν οὖν ἔτει ἑάλω, ξ ἰσταμένου κατὰ τὴν νέρωνος ἡγεμονίας ἔτει, πρὸ νώνων ἰουλίων.

F

Cap. xiiii. Quo modo Ioseph. captus vitam suam redemit facto & verbis.

ΡΩμαῖοι δ' τὸν ἰώσηπον ἀναζητοῦντες, κατά γε ὀργὴν εἶχον σφοδρὰν, & σφόδρα τὴν στρατηγὸν φιλοτιμούμενοι, μεγίστη γὰρ ἦν μοῖρα τοῦ πολέμου ληφθεὶς, τοὺς τε νεκροὺς διηρώτων, & τοὺς ἀποκρύφους τῆς πόλεως μυχούς. ὁ δ' αὖτε τῆς πόλεως ἁλισκομένης, δαιμονίῳ τινὶ συνεργίᾳ χρησάμενος, μέσον μὲν αὐτὸ σκηλίπτει τὸν πολεμίων, καθάλλεται δ' εἰς τινὰ βαθὺν λάκκον, ᾧ πλατὺ μὲν ἀπόλαιον διέζωκτο καὶ πλάτει, τοῖς αὖθις δὲ ἄφατον. εἶτα τεσσαράκοντα μὲν τῶν ὁπλιτῶν ἄνδρας καταλαμβάνει λανθάνοντας, ἑξακοσίους δ' ὁπλιτῶν οὐκ ὀλίγους ἡμέρας διαρκεῖν δυναμένους. μεθ' ἡμέραν μὲν οὖν ὑπεστέλλετο τῶν πολεμίων πάντα διεληφότων, νυκτὸς δ' αὖ ἐζήτει διασμοῦ δεόμενον καὶ τὰς φυλακὰς κατασκέπτετο. φευγομένων δὲ πανταχόθεν τῶν πύρ-

Cum Placidus, subiectos sibi milites introducebant. Arce verò occupata, cùm hostes in medio oppido versarentur, iamque planè dies esset, ne tunc quidem illi qui capti tenerentur, adhuc excidium sentiebant, multo labore somnóq; pariter dissoluti. Et si quis cuigilasset, nebula visus eius hebetauit, quæ casu tunc plurima se circa oppidum fuderat. donec totus irrupit exercitus: solóque malorum periculo exuscitati sunt, morientésque demum se periisse crediderunt. Romanos autem memores quid obsidionis tempore pertulissent, neque parcendi cuiquam, neque miserendi quenquam tangebat cura: sed ex arce plebem ad prona compulsam facillimè trucidabant, vbi loci difficultas pugnacibus quoque negaret copiam resistendi. viarum namque angustiis pressi, ac per decliuia dilabentes, fluente desuper bello obterebantur. Id multos etiam qui circa Iosephum lecti erant, vt manib. propriis liberarentur incitauit. nam cùm se viderent Romanorum neminem posse occidere, ne Romanorum manibus opperterent præuenerunt, & in extrema parte ciuitatis congregati, semet interfecerunt. Quicunque tamen vigilum primi captam ciuitatem senserant, in quandam turrim Septentrionalem fuga recepti aliquandiu quidem restiterunt. deinde circunfusi hostium multitudine, sero dextras dedêre: hisque instantibus, mortem suam æquo animo præbuerunt. Potuissent autem incruento Romani obsidionis fine gloriari, nisi vnus ex ipsis occidisset centurio, Antonius, peremptus insidiis. Nam quidam ex his qui ad speluncas confugerant (erant autem plurimi) rogabat Antonium, dextram sibi porrigere, ad fidem salutis ac præsidium, quo tutus ascenderet. cúmque is manum porrexisset incautè, hasta ille præuentum sub inguine perculit, statimque confecit. Illo quidem die comparentem multitudinem peremêre Romani. postea verò secutis diebus scrutando latebras, per cuniculos & speluncas in omnem sæuiebant ætatem, præter infantes ac fœminas. Itaque captiui quidem mille ducenti congregati erant: quadraginta verò millia connumerata sunt excidij tempore & pugnis superioribus mortuorum. At Vespasianus ciuitatem ipsam exscindi iubet, castellúque eius omnia exurit. Iotapata quidem ita deuicta est tertiodecimo imperij Neronis anno, calendarum Iuliarum die.

Romani verò Iosephũ requirentes, & propriæ indignationis causa, & quod imperatori operæprecium videbatur (captus enim, maxima pars belli esset) mortuos itémq; abditos rimabantur: ille autem in exitio ciuitatis fortunæ quodam vsus auxilio, per medios se hostes surripuit, & in quendam profundum puteum saltu demissus est, cui amplum specus adiunctum erat à latere, quod supra scrutantes videre non possent: vbi xl. insignes viros latitantes offendit, rerúmque vtilium apparatum, qui non paucis diebus sufficeret. Hostibus autem omnia complexis, interdiu quidem se occultauit: nocte verò sursum ascendens, vigilias explorabat, vt fugeret. Cũq; omnia vndiq;

τὰς δ' αὖ νὺξ ἐζήτει διασμοῦ δεόμενον καὶ τὰς φυλακὰς κατασκέπτετο. φευγομένων δὲ πανταχόθεν τῶν πύρ-

τῷ πύργων δ' αὐτὸν, ὡς λαθεῖν οὐκ ἰῶ, αὖθις εἰς τὸ A ipsius causa maximè custodirentur, neque fallendi spes esset, in speluncam iterum descendebat: biduúmque ibi delituit. Tertia verò die, capta quadam muliere, quæ cum ipsis fuerat, indicatus est: Túmque Vespasianus properè duos tribunos Paulinum & Gallicanum, iussos pacem dare Iosepho, & hortari eum vt ascenderet, mittit. Quibus tamen ille rogantibus; postquam ad eum venerunt. fidémque prosalute dantibus minimè paruit. Ex his autem B magis quæ pati meritus esset, qui plurima cómisisset, quàm ex naturali mansuetudine rogantium, suspicionem colligens, velut ad pœnam euocaretur; timebat: donec Vespasianus tertium quoque tribunum Nicanorem, Iosepho notum, atque olim consuetum misit. Is autem, quàm mite in eos Romanorum esset ingenium, quos semel subiugassent, referens, quódque ipse Iosephus virtutis causa magis admirabilis, quàm inuisus ducibus haberetur: C essétque imperatori studium non eum ad supplicium ducere, quod etiam sine deditione sibi liceret exigere, sed conseruare potius virum fortem: his addebat: quòd nec Vespasianus, si quid dolo moliretur, amicum ad id mitteret, vt rem optimam pessimæ, hoc est, perfidiæ prætexeret amicitiam: neque semetipsum illi, vt amicum falleret, obtemperaturum fuisse. Verùm Iosepho etiam post Nicanoris dicta hæsitante, milites quidem irati, speluncæ ignem D submittere properabant. sed retinebat eos belli ductor, viuum Iosephum capere plurimi pendens. Nicanore autem vehementer instante, vbi etiam hostilis multitudinis minas comperit Iosephus, nocturna somnia reminiscitur. quibus ei Deus & futuras Iudæorum clades, & quæ Rom. essent euentura principibus, ostendit. erat autem interpretandis quoque somniis idoneus, & coniectare quæ ambiguè diuinitus dicerentur, sciebat: qui & sacros prophetarum libros nouerat, quòd & ipse sacerdos esset, & parentibus sacerdotibus procreatus. Illa igitur hora quasi Deo plenus, & recentium somniorum, quæ horrenda viderat, simulacra mente complexus, occultas preces Deo offert. Et quia Iudæorum, inquit, labefactari tibi rem creator placuit, fortuna verò ad Rom. tota migrauit, animámque meam quæ futura prædiceret, elegisti, do quidem manus sponte Rom. & viuo. testor autem, quòd non proditor, sed tuus minister ad eos ibo. Simúlque his dictis, Nicanori consentiebat. Verùm qui vnà confugerant Iudæorum, postquam intellexerunt Iosephum rogantibus cedere, vniuersi circumstantes clamabant, certè plurimum ingemiscere leges patriæ. Vbi sunt, quæ Iudæis Deus annuit, quibus mortem contemnentes animas indidit? Vita Iosephe captus es, lucémque pateris intueri feruentem? quàm citò tui oblitus es? quàm multos pro libertate mori persuasisti? falsam profectò opinionem fortitudinis habebas, falsámque prudentiæ, si salutem apud eos speras, cum quibus ita dimicasti: aut si hæc etiam certa sunt, ab illis tamen te seruari cupis. Sed quamuis te Romanorum fortuna tui oblitione perfuderit, nos tamen patriæ gloriæ consulẽtes & dexterã tibi & gladium cõmodabimus: Tu verò siquidem sponte

Κεφ. κε'.

κατελείπετο. καὶ τὰ μὲν ἐμπιπράντες, τὰ δὲ κατα-
σκάπτοντες, πᾶν δὲ τὸ φυτικὸς αὐξὰ τὴν χώραν, ἢ συμ-
πατοῦντες ἠφάνιζον, ἢ νεμόμενοι, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν, ὑπὸ
τῆς πορείας, σπανιστέραν ἐποίουν τῆς ἀκάρπου, κα-
θόλου τὸ εἰπεῖν, οὐδὲ σημεῖον τι κατελείπετο τοῖς πορ-
θουμένοις τὸ γεγονέναι. ταῦτα πάλιν τοὺς ζηλω-
τὰς ἐπῆγεν, καὶ φανερῶς μὲν ἀπωδὰ τάξασθαι

A causæ nescij cur venisset. mox autem de traditione prolocutum, strictis gladiis persequebantur: donec fugæ locum non reperiens, de muro in subiectam vallem se proiecit. & ille quidem hoc modo statim moritur. Idumæis autem vires Simonis formidantibus placuit, priusquam bello congrederentur explorare hostium copias. ad hoc autem se ministrum obtulit parato animo Iacobus, vnus è rectoribus, cogitans proditionem. Denique profectus ab Oluro (in hoc enim vico tunc Idumæorum collectus erat exercitus) ad Simonem venit: primúmque se patriam suam traditurum esse pacisci tur, accepta fide quòd semper ei cariſſimus foret. mox etiam de tota Idumæa operam pollicetur. Ob quas res humaniſſimè apud Simonem cœnatus, ampliſſimíſque promiſſis animatus, vbi ad suos rediit, primò Simonis exercitum multiplici numero mentiebatur esse maiorem. deinde rectoribus etiam paulatímque multitudine vniuersa perterritis, vt Simonem reciperent, suadebat, eíque sine pugna rerum omnium permitterent principatum. simul autem hoc agens, & Simonem ipsum per nuncios euocabat, disiecturum se pollicitus Idumæos, quod & præstitit. Nam cùm iam appropinquaret exercitus, equum primus inscendit, & cum sociis corruptionis effugit. pauor autem occupat vniuersam multitudinē, ac priusquam ad manus venirent, domum quisque suam soluti ordine recesserunt. Simon verò præter opinionem sine sanguine Idumæam introiuit: primúmque aggressus ex improuiso Chebron municipium capit, in quo maxima præda potitus est, multósque fructus diripuit. Chebron autem indigenæ ferunt non eius terræ modò ciuitatibus, verumetiam Ægypti Memphi antiquiorem. denique duo millia & trecenti eius connumerantur anni. hoc autem narrant Abraham quoque parenti Iudæorum fuisse domicilium, posteaquam Mesopotamiæ sedes reliquit: eiúsque posteros hinc ad Ægyptum esse profectos: quorum etiam nunc monumenta extant in eadem ciuitate, peroptimo marmore liberaliter fabricata. Cernitur autem sexto ab oppido stadio arbor maxima terebinthus: eámque memorant ab initio mundi creati nunc vsque durare. Hinc totam Simon peruasit Idumæam, non modò vicos eius & ciuitates depopulando, sed excidendo etiam territoria. nam præter armatos XL. eum millia sequebantur, vt his ne victui quidem necessaria satis essent. Ad has autem necessitates accedebat eius crudelitas & insuper iracundia, quo magis vastari contigit Idumæam. Et quemadmodum post locustas sylua cerni solet frondibus spoliata, sic etiam quà Simonis transisset exercitus, à tergo solitudinem relinquebat: & alia quidem comburendo, alia diruendo, & quicquid in ciuitate vel in agris natum esset conterendo calcibus, aut depascendo delebant: perque terram cultam iter agendo, faciebant eam sterili duriorem, prorsus vt ne signum quidem vastatis relinqueretur, quòd aliquando fuissent. Hæc omnia rursus Zelotas incitauerunt, & aperto quidem bello confligere

pertimuêre: insidiis verò per itinera collocatis, vxorem Simonis rapiunt, eorúmque præterea quos habebat in obsequio plurimos. deinde tanquam Simonem ipsum cepissent, in ciuitatem exultantes redeunt. continuò namque sperabant, armis eum depositis, pro vxore sibi supplicaturum: Illum autem non misericordia, sed ira coniugis raptæ perusserat. cúmque ad muros Hierosolymorum veniisset, vt fera saucia quæ percussores prendere nequisset, ita in quos reperisset, effundebat insaniam. denique olerum sarmentorúmque causa progressos è porta, imberbes pariter ac seniores correptos verberabat ad necem: vt animi indignatione id solùm abesse videretur, quòd non etiam vesceretur corporibus mortuorum. multos autem abscissis manibus dimittebat in ciuitatem, vnà perterrefaciens inimicos, & populum reuocare cupiens à nocentibus. Hisque mandabat vt dicerent, iurare Simonem per Deum qui cuncta regeret, quòd nisi citò sibi redderent coniugem suam, muro perrupto omnibus qui in ciuitate essent similiter vteretur, neque cuiquam ætati parceret, aut ab innocentibus discerneret noxios, donec his eius mãdatis, nõ modò populus, sed etiam Zelotæ metu perculsi, remisissent ei mulierem. atque ita delinitus, paulisper ab assidua cæde requieuit.

Cap. VIII. De Galba, Othone, Vitellio & Vespasiano.

NOn solùm autem per Iudæam erat seditio bellúmq; ciuile, verumetiam per Italiam. In medio nãque Romanorum foro Galba peremptо, creatus Otho Imperator cum Vitellio imperium affectante pugnabat: quem Germanicæ tunc legiones elegerant. Habito autem apud Bebriacum Galliæ Cisalpinæ prælio cum Valente & Cecinna Vitellij ducibus, primo die Otho superauit, altero Vitelliani: multísque trucidatis, & aduersæ partis audita victoria, Otho apud Brixellum semet occidit, postquam biduum trésque menses imperium tenuit. Accesserunt autem Vitellij ducibus Othonis milites, & ipse iam Vitellius Romam cum exercitu veniebat: dum interea Vespasianus quinto die Iunij mẽsis Cæsarea profectus, eas quas nondum subegerat Iudææ partes petiuit; & in montana regione, quò primùm ascendit, toparchias duas Gophniticam & Acrabatenam subegit: deinde post has Bethel & Ephrem municipia: ibique præsidiis collocatis, vsque Hierosolymam equitabat. multos verò tunc deprehensos necabat, multósque capiebat. Ducum autem vnus Cerealis cum equitum parte ac peditum, superiorem quæ dicitur vastabat Idumæam, & Caphetram quidem castellum ex itinere captum incendit. alterum verò quod Caphatin dicitur, admoto milite oppugnabat, muro satis valido cinctum. diutiùs autem ibi se moraturum speranti, oppidani subitò portas aperuêre, & supplices ei se tradidêre. Quibus subiugatis, Cerealis in Chebron alteram ciuitatem antiquissimam tendit, sitam (vt dixi) in montanis locis, haud procul ab Hierosolymis. Vi autem irrumpens in eam, reliquam multitudinem, quam ibi offendit, cum puberibus interemit: oppidum verò ipsum exurit. Omnibúsque iam captis,

κατὰ δ' ἀγροὺς, συλλαμβάνουσι δὴ καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ Σίμωνος καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας, ἃς ἐκεῖνος αὐτοῖς ἐκλεκτὰς ἐπεποιήκει. ἐπῆλθε δὲ τοῖς μὲν πρώτοις ὀργὴ κατὰ τοῦ Σίμωνος τὴν γυναῖκα ἁρπάσαντος, καὶ πρὸς τὴν πόλιν ὑπέστρεφον, καὶ δόντες ἀδίκου συνηδίκουν κατηγόρους τοῦ ἀνδρὸς τὰς γυναῖκας, ἐκεῖνος δὲ τὴν γυναῖκα ἱκετεύσων. οὐκ ἦν δὲ ἔλεος εἰσῆλθεν, ἀλλ' ὀργὴ ἐκεῖνον ἐξέκαιεν, καὶ πρὸς τὸ τεῖχος τῶν ἱεροσολύμων ἤδη, καθάπερ τὰ ζῶα τὰ θηρία, ἐπῆλθε τοῖς ἐξαίφνης ἐπιπεσοῦσιν ἡ κατάλυσις, ἐφ' οἷς εὗρε τὸν θυμὸν ἀφῆκε. δύο γὰρ ἢ τρεῖς ἐκ λαγόνος τύπτων ἔρριψεν ἐπὶ τοῦ τείχους, εἶτα πρὸς τὰς πύλας ἐπορεύετο, καὶ μικροῦ δεῖν ἐξέωσε τοὺς φύλακας, εἰσπηδῆσαι βουλόμενος. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι τὰς θύρας ἐκλείουσιν, ἐκ τοῦ τείχους ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐπιστρέφεται, καὶ τοὺς μὲν ἐγγὺς ἑστῶτας ἀνεῖλεν, ἐπὶ δὲ τοὺς πόρρω

πλὴν ἡρωδείου καὶ μασάδας, καὶ μαχαιρουντος (ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν λῃστῶν κατείληπτο) σκοπὸς ἤδη τοῖς ἱεροσολύμοις ὑπέκειτο ῥωμαίοις.

A præter caſtella Herodium & Maſſadam & Machærunta, quæ à latronibus tenebantur, ſola iam Hieroſolyma Romanis ante oculos erat, quæ expugnanda reſtabat.

Κεφ. λδ'. Ὁ δὲ σίμων ὡς ἐῤῥύσατο τὴν γυναῖκα τῆς ζηλωτῶν τυραννίδος, πάλιν ὑπὸ τοὺς λείψανα τῆς ἰδουμαίας ὑπέστρεφε, καὶ συλλεγόντων πανταχόθεν τὸ ἔθνος, εἰς ἱεροσόλυμα πολλοὺς φόβῳ συνέλαγχασεν. ἐπῆτο δὲ αὐτὸς ὑπὸ τὴν πόλιν, καὶ κυκλωσάμενος αὖθις τὸ τεῖχος, ὅπου τινὰ λάθοι τῆς φρουρᾶς καὶ τὴν χώραν ἁρπαγῆς διέφθειρεν. ὧν ἦν τῆς δήμου σίμωνος μὴ ἔξωθεν, ῥωμαίων φοβερώτερος, οἱ ζηλωταὶ δὲ ἔνδον ἑκατέρων χαλεπώτεροι. καὶ τούτοις ὑπῆρχε κακῶν καὶ τόλμη τὸ σωτήριον τῆς γαλιλαίων διεφθάρη τὸν τε γὰρ ἰωάννου παρῆγον εἰς ἰσχὺν ἕξει, καὶ αὐτὸς ὑπ' ἐκείνου ἐπὶ πλεῖστον ἐπαίσατο δυνάσεως ἀμείβετο, πάντα ὅπερ ἐκεῖνος ὁρᾶν, ὧν ἔκαστος ἐπεθύμει. πόθοι δὲ ἦσαν ἁρπαγῆς ἀπλήστοι, καὶ τῶν πλουσίων οἴκων ἔρωτες, φόνος τε ἀδρὸς, καὶ γυναικῶν ὕβρεις ἐπαίζοντο, μεθ' αἵματος δὲ τὰ συλληφθέντα κρέπτον, καὶ μὴ ἀδείας ἐναπολυπάσθαι τῆς κόρης, νέμεις συνθηρεύοντο, καὶ γυναικείας ἐσθῆτας ἀναλαμβάνοντες, καὶ ταῖς τριχώμασι δὲ μύρεσις, καὶ θεοὺς δυσωδίαν ὑποχρώσεις ὀφθαλμοὺς. οὐ μόνον δὲ κόσμον ἀλλὰ καὶ πάθη γυναικῶν ἐμιμοῦντο, καὶ δὴ ἀφροδισίων ἀπολαύσεις, ἀθυμίτους ἡδονὰς ἐπενόησαν. ἐφθείροντο δὲ εἰς πορνείαν τὴν πόλιν, καὶ πᾶσιν ἀκαθάρτοις ἐμίαναν ἔργοις. γυναικίζόμενοι δὲ τοὺς ὅπλοις, ἐφόνων τε δεξιᾶς. ἐρυθριόμενοι δὲ τοῖς βαδίσμασιν, ὑπνώττες ἐξαίφνης, ἐμίμουν πολεμικοὺς, τότε ξίφη θρασύνοντες ὑπὸ τῶν ἐσθῆτων κρυπτόμενοι, καὶ ἀνεχόντα δὲ πλάνων. τοὺς δὲ ποδοδιώκοντας ἰωάννου, σίμων φονικώτερος ἐξεδέχετο, καὶ διαφθείρας τὸν ἐπὶ τοῖς τείχεσιν, εἰς τὸ θεῖον πύλαν διεθύρετο. πᾶσα δὲ φυγῆς ὁδὸς τοῖς αὐτομολεῖν θεοὺς ῥωμαίους βεβλημένοις ἀπεκέκλειστο. ἐξεπαίζοντας δὲ τοὺς ἰωάννου ἡ δύναμις, καὶ πᾶν ὅσον ἐν ἰδουμαίοις ἐν αὐτῇ, χωρισθὲν ἐπεχείρει τῷ τυράννῳ, φθόνῳ τὸ τῆς ἰσχύος αὐτῷ, καὶ μίσει τῆς ὠμότητος. συμβαλόντες δὲ ἀναιρεῦσι τε πολλοὺς τῶν ζηλωτῶν, καὶ συνελαύνουσι τοὺς λοιποὺς εἰς τὴν βασιλικὴν αὐλὴν καταπεπαυκότας ὑπὸ χεῖρα. συνῆλθε δὲ καὶ αὐτὴ ἡ τῶν ἀδιαβηνῶν βασίλισσα ἰζάτη. συνεκαταίπεσον δὲ οἱ ἰδουμαῖοι, καὶ εἰς τὸ ἱερὸν ἐξώσαντες τοὺς ζηλωτὰς, ἐφ' ἁρπαγὴν ἐξέπεσον τῆς ἰωάννου χρημάτων. καὶ τὸ τῶν περιῳκοδομημένων αὐλῶν, αὐτός τε δὲ, καὶ οἱ τὰ λάφυρα τῆς τυραννίδος κεκτήσθαι. ἐν δὲ τούτῳ τὸ καὶ τὴν πόλιν ἐσπεδυκὸς πλῆθος τῆς ζηλωτῆς, εἰς τὸ ἱερὸν, πρὸς τοὺς ἐξεπεφευγότας ἀθρόοι, καὶ κατέχλη αὐτοὺς παρεσκευάζετο ἰωάννης, ὅτι τε τὸν δῆμον, καὶ τοὺς ἰδουμαίους. τοῖς δὲ οὐχ ἧττον ἡ φοβερὰ αὐτῆς καὶ ἀδόκητος παρῆν μαχιμωτέρους οὖσιν, ὡς τὴν ἀπόνοιαν, μὴ νύκτωρ ὑπὸ τῆς ἱερᾶς περιστάντες, αὐτούς τε ἐξαθυμήσαι, καὶ τὸ ἄστυ καταφρήσωσι. συνῆδοξε οὖν μὴ τῆς ἀρχαίων, ἐβουλεύοντο πῦρ καὶ ξύλον φυλάξαντας τὴν ὁδὸν. θεὸς δὲ ἀρα τὰς γνώμας αὐτῶν εἰς κακὸν ἔτρεψε, καὶ χαλεπώτερον ἀπωλείας, ἐπενόησαν τὸ πρὸς σωτηρίαν φάρμακον. ἵνα γὰρ καταλύσωσιν ἰωάννην, ἔκρινε δέχεσθαι σίμωνα, καὶ μὴ ἱκετηρίαν λύτρον εἰσαγαγὼν ἑαυτοῖς τύραννον. ἐπῃνέτο δὲ ἡ βουλὴ,

CAP. IX. De Simonis geſtis, contra Zelotas.

Simon autem vbi vxorem ſuam à Zelotis recepit, ad reliquias Idumææ tendit perſequendas: & vndique circumacta natione, Hieroſolymam compulit pleroſque fugere, cùm ipſe quoque ad eam ſequeretur. Deinde muro eius obſeſſo, ſi quem operariorum ex agris adeuntem multitudinem cepiſſet, interficiebat. Erátque populo foris Simon Romanis terribilior: intus Zelotæ vtriſque ſæuiores: quos etiam Galilęi nouis inuentis & audacia factionum corrumpebant. Nam & Ioannem ad potentiam ipſi prouexerant: & Ioannes eis pro potentia quam ſibi comparauerat, vicem referens, omnia quæ deſiderarent vt facerent permittebat. Inſatiabilis autem rapinarum cupiditas, domorúmque locupletum perſeruatio: Cædes autem virorum & fœminarum iniuriæ, pro ludo habebantur, prædámque cum ſanguine deuorantes ſine aliquo metu, poſt ſatietatem muliebri libidine caleſcebant: comptíque crines, ac fœminarum veſte induti, lotíque vnguentis, & vt forma placeret, oculos illiti, non ſolùm ornarum, ſed impudentiam quoque mulierum imitabantur: & obſcœnitate nimia nefarios cœitus exigentes, vt in lupanari verſabantur, ciuitatémque totam impuris facinoribus profanabant. Effœminantes autem vultum, dextras ad cædem promptas habebant: delicatóque inceſſu eneruati, ſubita incurſione bellatores fiebant: & de paludamentis verſicoloribus eductis gladiis, caſu obuios tranſuerberabant. Eos autem qui Ioannem fugiſſent, excipiebat ſæuior in cædibus Simon: quíque inteſtinum euaſiſſet tyrannum, ab eo qui propè erat occidebatur. Omnis autem fugæ via tranſire cupientibus ad Romanos, abſciſſa erat. Inter Ioannis autem copias quantum erat Idumæorum diſſidebant: ſeparatíque ab aliis, aduerſum tyrannum tam liuore potentiæ quàm crudelitatis eius odio armantur. deinde pugna congreſſi, multos Zelotarum perimunt, cæteróſque in aulam regiam compellunt, quam Grapte ædificauerat. hæc autem fuerat cognata Izatæ regis Adiabenorum. Vnà verò irruperè Idumæi, atque inde Zelotis in fanum pulſis, Ioannis pecunias prædabantur. in aula enim ſupradicta & ipſe degebat, & tyrannidis ſpolia depoſuerat. Inter hæc autem Zelotarum qui per ciuitatem diſperſi erant, ad illos qui in templum fugerant aggregati ſunt: eóſque Ioannes aduerſus populum & Idumæos educere cogitabat. Iſtis autem non tam impetus eorum metuendus erat, cùm pugna plus poſſent, quàm confidentia, ne de templo nocte ſubreperent, ſęq; pariter occiderent, atq; oppidum concremarent. Itaq; collecti cum pontificibus deliberabant, quónam pacto impetum præcauerent. Sed profectò Deus ſententias eorum in deterius vertit, & interitu acerbius excogitabat ſalutis remedium. nã vt Ioannem deiicerent, Simonem recipere ſtatuerunt, & cum precibus alterum ſibi tyrannum imponere. Itaque decreto obtemperatur,

missóque Matthia pontifice, rogant Simonem, vt ad se introiret, quem sæpe timuerant. cum his autem precatores erant, etiam qui Zelotas Hierosolymis fugerant, domus quisque suæ desiderio & fortunarum. Ille autem nimis superbè se dominum fore pollicitus, veluti ciuitatem liberaturus ingreditur, cum salutis eum latorem ac defensorem sui populi clamor designaret. vbi verò cum suis copiis introiit, mox de propria potentia deliberabat: nec minus eos à quibus rogatus erat, quàm eos contra quos fuerat aduocatus, inimicos putabat. Ioannes autem cum multitudine Zelotarum templo exire prohibitus, amissis etiam, quæ in ciuitate habebat (nam statim res eorum Simon cum sociis diripuerat) salutem iam desperabat. Templum tamen adiuuante populo Simon aggreditur. Illi autem in porticibus, pérque propugnacula stantes impetum propulsabant: multíque ex Simonis parte oppetebant, multi saucij referebantur, quoniam Zelotæ ad dexteram superiores erant, eóque ictus impenetrabiles habebant. Et quamuis loco plus possent, turres tamen quatuor maximas fabricauerant, vt ex alto videlicet missilia torquerent, vnam ad Orientalem angulum, ad Septentrionalem alteram, super xystum tertiam, in angulo alio contra ciuitatem inferiorem. Quarta verò turris supra verticem Pastophoriorum condita erat: vbi moris est vnum de sacerdotibus astantem post Meridiem, quòd septimus quisque dies inciperet, tuba significare: rursúsque vesperi, quòd desineret, nunc ferias populo, nunc vt opus faciat, denunciantem. Per turres autem dispositi erant baliftas saxorúmque tormenta, & sagittarios, & fundarum scientes. Itaque tunc Simon pigriùs ad impetus mouebatur, cùm suorum plerique molliscerent: amplioribus tamen copiis fretus, propiùs accedebat. machinarum enim missilia delata longiùs, multos pugnantium perimebant.

CAP. X. De Vespasiano in Imperatorem electo.

PEr idem tempus Romanos quoque sæuiora mala circumueniunt, aderat enim ex Germania Vitellius cum exercitu, aliam præterea ingentem multitudinem secum trahens. Et cùm eum destinata militi spacia non caperent, totam vrbem pro castris habebat, omnémque domum repleuit armatis. illi autem conspectis Romanorum diuitiis oculis insueris, & auri argentique stupore perfusi, vix cupidinem continebant, adeò vt in rapinas se conuerterent, & eos qui obstare conarentur occiderent. Et in Italia quidem ita res erant. Vespasianus autem postquam Hierosolymis proxima depopulatus, Cæsaream reuertebatur, audiit Romanorum tumultus, & Vitellium principem. Hoc autem, licèt ipse imperium pati, sicut bene imperare nosset, ad indignationem perductus est: dominúmque dedignatur eum, qui veluti desertum inuasisset imperium. Dolore autem saucius cruciatum ferre non poterat, neque aliis vacare bellis, cùm patria vastaretur. Verumtamen quantum ira impellebatur ad vlciscendum, tantũ lõginquitatis cogitatio reprimebat: multa enim for-

A κὴ τ ἀρχιερέα ματθίαν πέμψαντες, ἐκάλουν σίμωνα εἰσιέναι, ὃν πολλὰ ἐδέησαν. συνεπαρεκάλουν δ οἱ ἐκ τῆς ἱεροσολύμων, τοὺς ζηλωτὰς φεύγοντες, πόθῳ τῆς οἰκείας κὴ τῆς κτήσεως. ὁ δ αὐτοῖς ὑπερηφάνως καταδόσας τὸ διανοίζεσθαι, εἰσέρχεται μὲν ὡς ἀπαλλάξων τῆς ζηλωτῆς τὴν πόλιν, σωτὴρ ὑπὸ τοῦ δήμου, κὴ κηδεμὼν δ' ὑπομένομενος. ἐπαρξάμενος δὲ τ δυνάμεως, ἐσκόπει τὰ πρὸς τὰς ἑαυτοῦ δ' ωνάσεις, κὴ τοὺς καλέσαντας οὐχ ἧττον ἐχθροὺς ἐνόμιζεν, ἢ καθ' οὓς ἐκέκλητο. σίμων μὲν οὖτος ἐνεωτερίζετο πρὸς ἑαυτὸν, ἰεροσολύμων ἐκρατεῖτο δὲ ὑπὸ τῆς ζηλωτῆς πλήθους εἱργόμενος τῆς ἐξόδων τοῦ ἱεροῦ, κὴ τὰ τ πόλεως ἁπάντων ἐπολωλεκότος, ὥσπερ χρῆμα γὰρ τὰ σκεύη οἱ ἐκεῖ τὸν σίμωνα διήρπασαν, ἐν δεσπόρῳ τινὶ σωτηρίαν ὄντα. προσεκαλεῖτο δὲ τὸν ἱερὸν σίμωνα, τὸν δήμου βοηθοῦντος. κἀκεῖνοι καταστάντες ἐπὶ τῆς στοᾶς, κὴ τῆς ἐπάλξεως, ἠμύνοντο τοὺς προσβολάς. συχνοὶ δὲ ἐπίπτον τῶν περὶ σίμωνα, κὴ πολλοὶ τραυματίαι κατεφέροντο. ῥᾴδίους γὰρ ἐκ δεξίου τοὺς βολοὺς οἱ ζηλωταὶ, κὴ οὐκ ἀστόχους ἐποιοῦντο. πλεονεκτοῦντες δὲ τῷ τόπῳ, κὴ πύργους ἐπὶ προκατεσκεύασαν τέτταρας μεγίστους, ὡς ἀφ' ὑψηλοτέρου ποιοῖντο τὰς ἀφορμάς. τὸν μὲν κὴ τὸν ἀνατολικὸν, κὴ βόρειον γωνίαν, τὸν δὲ τὸν ξυστοῦ καθυπερθεν, τὸν δ' ἕτερον, κὴ γωνίαν ἄλλην ὑπερκὼ τῆς κάτω πόλεως, ὁ δὲ λοιπὸς, ὑπὲρ τὸν κορυφαῖον κατεσκεύασο τῆς παστοφορίας, ἔνθα τ ἱερέων ἑπτὰς ἐξ ἕνὸς ἑκάστη ἑβδομάδα εἰστήκει, προσημαίνουσα σάλπιγγι δείλης, κὴ τελεσθῆναι αὖθις ἀεὶ ἑσπέρας, ὅτε μὲν ἀνίεσθαι τοῦ λαοῦ καταγγέλλουσα, ὅτε δὲ ἔργων ἔχεσθαι. διέκρινον δὲ ὅπλοις τοὺς πύργους, ὀξυβελέσι τε κὴ λιθοβόλοις μηχαναῖς, τούς τε τοξότας, κὴ σφενδήτας. ἔνθα δὲ τὰς μὲν προσβολὰς, ἐπιπολαίας ἐποιεῖτο ὁ σίμων, μᾶλλον ζομένων αὐτοῦ τ πλήθους, αὐτεῖχε δὲ ὅμως θρασυτάτῳ δ' ὠθισμῷ. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ὀργάνων βέλη πορρωτάτω φερόμενα, πολλοὺς τῶν μαχομένων ἀνῄρει.

B

C

D

E

KΑτὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἐπῆλθε κὴ τὸν ῥωμαίων πόλεμον παλαιά. παρῆν μὲν γὰρ ἐκ γερμανίας οὐιτέλλιος, ἅμα τῷ στρατοπέδῳ, πολὺ πλῆθος ἐπισυρόμενος ἕτερον. μὴ χωροῦντος δὲ τοῖς ἐνδεδειγμένοις εἰς τοὺς στρατώτας ἐπιβάσεις, ἅπαν ἐποιήσατο τὸν ῥώμης στρατόπεδον, κὴ πᾶσαν οἰκίαν ὁπλιτῶν ἐπλήρωσεν. οἱ δ' ἀνδρῶν ὀφθαλμοὶ τὰ ῥωμαίων πλοῦτον θαυμάσαντες, κὴ ἐπιλαμπόντος παντοδαπῶν ἀργύρου τε κὴ χρυσοῦ, τὰς ἐπιθυμίας μόλις κατεῖχον, ὡς τε μὴ ἐφ' ἁρπαγὰς ἐξενεχθῆναί τι, κὴ τοὺς ἐμποδὼν γενομένους ἀναιρεῖν. τὰ μὲν κὴ τὴν ἰταλίαν, ἐν τούτοις ἦν.

F

ΟΥεσπασιανὸς δὲ ὡς τὸ πλησίον ἱεροσολύμων κατεστρέφατο, ὑπέστρεφεν εἰς χρησιμωτάτους κὴ τὰς τῆς ῥώμης παρασκευὰς, κὴ συνέπλεον αὐτοκράτορα. τοῦτο οὖν αὐτὸν κὴ πρὶν ἀρχῆθεν ἐνδιαπερ ἄρχειν καλῶς δεδιηγμένον, εἰς ἀγανάκτησιν προσήγαγε, κὴ τὸν ὡς ἐρήμου καταμεμφόμενον τὴν ἡγεμονίας, ἠνδρώσατο διανοίαν. θεραπεύσας δ τὸν τοιοῦτον καιρὸν ἐτήρει βάσανον οὐχ οἵός τε ἦν, κὴ τ ἀσφαλοῦς πορδουμένης, ἑτέρως προσδοκῶν πολέμου

G

ἀλλ' ὅσον ὁ θυμὸς ἤπειγεν ὑπὸ τῶν ἄμυναν, τοσοῦτον ἔρρωτο ἡ σύνοια τῶν δεδιηγημένων. πολλὰ δὲ φθάσαν-

παρεμ-

παυσηναι τὴν τύχην, πρὶν αὐτὸν εἰς τὴν Ἰταλίαν περαιωθῆναι, καὶ ταῦτα χειμῶνος ὥρᾳ πλοῦτα, σφαδάζουσαν ἤδη καὶ ἐχθρὰν ὀργήν. συνιόντες δ' οἱ τε ἡγεμόνες, καὶ οἱ στρατιῶται καθ' ἑταιρείας, φανερῶς ἤδη μεταβολὴν ἐβουλεύοντο, καὶ διαγανακτοῦντες, ἐβόων, οἱ μὲν δὴ τοὺς ῥώμης στρατιώτας ἐγκωμιάζοντες, καὶ μηδὲ ἀκούειν πολέμου φήμην ὑπομένοντας, διαχεομένους οἷς εἴλοντο τὴν ἡγεμονίαν, καὶ πρὸς ὑπηδὰ λημμάτων ὑπὸ φθόνου σφᾶς αὐτοκεάζειν. αὐτοὶ δὲ τοσούτων κεχρηκότες πόνων, καὶ γηραιοὶ ὑπὸ τοῖς κράνεσιν, ἑτέροις χαρίζονται τὴν ἐξουσίαν, καὶ ταῦτα τὸν ἀξιώτερον ἀρχῆς παρ' αὐτοῖς ἔχοντες. τίνα δικαιότερον ποτὲ τῆς εἰς αὐτοὺς διανοίας ἀποδώσῃ ἀμοιβὴν, εἰ τὴν νῦν κατασφαλοῦνται. τοσούτῳ δὲ ἐφ' ὑσπασιανὸν ἡγεμονίᾳ ἐπιτήδειος ἐδόκει, ὅσῳ καὶ αὐτοὺς τῆς ἐκείνου ἀποδεξαίτην. οὐ γὰρ δὴ μικρότερον τῆς ἀπὸ γερμανίας διαπολεμοχόνου πολέμου, οὐδὲ τῆς ἐκεῖθεν καταγόντων τὸν τύραννον, ἧττον δεῖν τοῖς ὅπλοις ἀγῶνος. ἐνδοιάσαι δὲ οὐδὲν. οὐ γὰρ τὴν σύγκλητον, ἢ τὸν ῥωμαίων δῆμον αἰδέσεσθαι τὴν οὐϊτελλίου λαγνείαν, αὐτὴ τῆς οὐεσπασιανοῦ σωφροσύνης, οὐδὲ αὐτὴ μὴν ἡγεμόνα ἀγαθοῦ τύραννον ὠμότατον, ἅπαντα δὲ αὐτὴ πατρὸς αἱρεῖσθαι πρὸς ταύτην μᾶλλον γὰρ δὴ πρὸς ἀσφάλειαν εἰρήνης εἶναι, τὰς γηρίους τῆς βασιλείων ἐπῳδάς. εἴτε οὖν ἐμπειρίᾳ γήρως, προσήκει τὸ ἄρχειν, οὐεσπασιανὸν αὐτοὺς ἔχειν· εἴτε νεότητος ἀλκὴν τινα. καρπίσεσθαι γὰρ τὴν παρ' ἀμφοῖν ἡλικίαν τὸ ὠφέλιμον. χορηγήσειν δὲ οὐ μόνον αὐτοῖς, τότε τὸν ἰσχυὸν τοῖς ἀποδειχθεῖσιν, ἅτε ἴδια τάγματα, καὶ τὰς ἔνδοθεν τῆς βασιλείων συμμαχίας ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ συνεργήσειν τότε πρὸς πάντα, καὶ τὰς δυσπαθοῦσας τῆς ἀπὸ οὐϊτελλίου φόβους καχρίειν καὶ τοὺς δὴ τῆς ἰταλίας δὴ συμμάχους, ἀδελφὸν οὐεσπασιανοῦ καὶ παῖδα ἕτερον, ὧν τὸν μὲν ἀποδεδεῖχθαι πολλοῖς τῆς ἐξ ἀξιώματος νέων, τὸν δὲ καὶ τὰ πόλεως φυλακὴν πεπιστεῦσθαι, μέρος οὐκ ὀλίγον εἰς ἀποβολὴν ἡγεμονίας. καθόλου τε αὐβεβαιώσασθαι αὐτοὶ, τάχα τὴν σύγκλητον ἀποδείξειν τὸν τοῦ στρατηγικώτατον στρατοῦ ἀπομοίωμα. τοιαῦτα καὶ συντροφαὶ οἱ στρατιῶται διαλάλουν. ἔπειτα συναθροισθέντες, καὶ ἀλλήλους παρακελευσάμενοι, ἀναβοῶσιν τὸν οὐεσπασιανὸν αὐτοκράτορα, καὶ σώζειν τὴν κινδυνεύουσαν ἡγεμονίαν παρεκάλουν. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ πολὺ μὲν τὴν πάλαι θεὸν τῆς ὅλων, οὐδὲν γε μὴν αὐτὸς ἄρχειν ἐπῃρεῖτο, ζῆν μὲν ἔργοις ἱκανὸν ἀξίοις ἡγούμενος, ἐπικίνων δὲ τῆς ἐν λαμπρότητι κινδύνων, τὴν ἐν ἰδιώταις ἀσφάλειαν. ἀρνουμένῳ δὲ μᾶλλον οἱ ἡγεμόνες ἐπέκειντο, καὶ ἐνίσχυον οἱ στρατιῶται ξιφήρεις, αἱρεῖν αὐτὸν ἀπειλοῦντες, εἰ μὴ βούλοιτο ζῆν ἀξίως. πολλὰ δὲ πρὸς αὐτοὺς διαπαλαίσας ὁ ἐξ ὧν ἐδόκει τὴν ἀρχὴν, τελευταῖον ὡς ἐκ θεοῦ ἔφη, εἶναι τοῖς ἐπομόσασι.

Κεφ. ζ. ΠΡοχειρομένων δὲ αὐτῷ ἤδη μεταναστῆναι καὶ τὰ ἄλλα νησιμόνων εἰς αὐτοκράτορα, καὶ ἄλλης στρατιᾶς ἀγὴν βοώσης αὐτὸν δὴ πᾶν τὸ αὐτόπαλον, αὐτὸς φροίτου τῆς ἀπ' ἀλεξανδρείας ἐπέχθη θεραπείᾳ, εἰδὼς πλεῖστον τῆς ἡγεμονίας μέρος τῇ αἰγύπτῳ οὖσαν, διὰ τὸν τοῦ χορηγίαν. ἧς κρατήσας εἰ παρέλθοι καὶ βίᾳ καθαιρήσειν ἤλπιζεν οὐϊτέλλιον. οὐ γὰρ αὐ-

tunam posse noua facere, priusquam ad Italiam, præsertim hyemis tempore ipse transiret: plúsque iam crescentem iracundiam cohibebat. Rectores autem cum militibus conuenientes, apertè iam de mutatione tractabant: & cum indignatione vociferantes, incusabant Romæ constitutos milites, & in deliciis agentes, qui ne famam quidem belli sustineant, quibus libuerit decernere principatum, & spe quæstus imperatores creare. Se autem laboribus tot exactis sub galeis senescentes, aliis condonare potestatem, cùm apud se digniorem habeant imperio. cui si hanc amiserint, quam iustiorem, vel quando referrent erga se beneuolentiæ gratiam? Tanto autem Vespasianum quàm Vitellium iustius esse principem fieri, quanto illis, qui eum declarassent ipsi præstarent. non enim se minora pertulisse bella, quàm qui ex Germania venissent: neque illis, qui tyrannum inde deducerent, in armis deteriores esse. Nullum autem in creando Vespasiano fore certamen. non enim senatum populúmve Romanum, Vitellij libidines pro Vespasiani pudicitia perpessuros: nec pro bono Imperatore crudelissimum tyrannum, aut filium pro patre optaturos principem. Maximum enim pacis tutamen esse, veram in Imperatore præstantiam. Ergo siue peritiæ senectutis debeatur imperium, habere se Vespasianum: siue adolescentiæ viribus, Titum. ex amborum enim ætate quod sit commodum decerpturos. Non solùm autem se ministraturos declarati imperij vires, qui tres legiones, regúmque habeant auxilia: sed etiam totum Orientem partémque Europæ extra Vitellij timorem constitutam: atque insuper qui essent in Italia propugnatores Vespasiani, fratrem atque alium filium: quorum alteri multos dignitate præditos iuuenes sociatum iri sperabant, alteri verò etiam vrbis esset commissa præfectura: quæ pars ad imperij principia non parum valeret. Postremò si ipsi cessarent, senatū fortasse declaraturum eum principem, quem conseruatores milites dehonestarent. Hæc primò per cuneos milites loquebantur. deinde se adhortari inuicem, Vespasianum Imperatorem appellant: cúmque vt in periculo constitutum imperium conseruaret, orabant. Illi autem olim quidem rerum omnium cura fuit, nequaquam verò imperare volebat, dignum quidem se factis existimans, priuatæ autem vitæ securitatem, clarioris fortunæ periculis anteponens. Recusanti autem rectores magis instabant: & circumfusi milites cum gládiis mortem ei minitabantur, nisi viuere vellet, vt dignus esset. diu tamen reluctatus, quod renuebat imperium postremò cum his, qui se designauerant minimè dissuadere posset accepit.

CAP. XI. Ægypti descriptio, & Phari.

MVciano autem cæterísque rectoribus, qui eum ad imperium inuitauerant, & exercitu alio vociferante, vt se in hostes omnes duceret, priùs res Alexandrinas procurandas putauit: sciens Ægyptum plurimam esse partem imperij. propter frumentariam functionem: eáque si potitus esset, vi quoque, si perstaret, Vitellium deiiciendum sperabat. nec enim perpessu-

surum esse populum fame oppressum. Simul etiam duas legiones, quæ apud Alexandriam degerent, sibi cupiebat adiungere. Cogitabat etiã propugnaculo sibi fore illam regionem, aduersus incerta fortunæ. Nam & terra difficilis accessu, mariq́ue impetuosa est: & ab Occidente quidem aridam Libyam habet obiectam, à meridie verò limitem, qui Syenem ab Æthiopia dirimit, nauibúsque inuias Nili fluminis cataractas. itémque ab Oriente mare rubrum, ad Copton ciuitatem vsque diffusum. Septentrionale verò munimentum habet terram vsque ad Syriam, & quod dicitur Ægyptium pelagus, totum portubus carens. Hoc quidem modo Ægyptus ex omni parte tuta est. Inter Pelusium verò & Syenem, per duo millia stadiorũ porrigitur. Ex Plinthine autem ad Pelusium, nauigatio est stadiorum trium millium & sexcentorum. Nilus autem ad Elephantinẽ oppidum vsque nauibus ascenditur. namque vlteriùs progredi, vt suprà diximus, cataractæ non sinunt. Portus autem Alexandrinus etiam in pace nauibus aditu difficilis est. nam & ostium peranguſtum habet, saxísque latentibus à directo cursu deflectitur: & læua quidem pars manu factis brachiis cingitur: à dextera verò Pharus obiecta insula, turrim maximam sustinet, ad CCC. vsque stadia nauigantibus igne lucentem, vt quàm longissimè difficultatem applicandarum nauium præcaueant. Circum hanc autem insulam, opere instructo ingentes muri sunt: quibus afflictum pelagus, & aduersis obicibus fractum, asperiorem facit mearum, cóque periculosum per anguſtiam aditum. Intus tamen portus ipse tutissimus est, & XXX. stadiis magnus. in quem tam quæ desunt illi terræ ad beatitudinem deuehuntur: quàm quæ superant ex domesticis & indigenis, in totum orbẽ diuisa exportantur. Itaque non sine ratione, Vespasianus Alexandrinarum rerum erat cupidus, ad totius imperij firmamentum. Proinde statim ad Tiberium Alexandrum literas dedit, qui Ægyptum & Alexandriam regebat, indicans militũ alacritatem: quódque ipse (quod necesse fuit) susceptо munere principatus, operã atque adiumentum eius assumeret, Alexander autem, simul vt Vespasiani legit epistolam, prompto animo, & legiones eius sacramento rogauit & populum: vtrique autem libentissimè paruêre, virtutem viri ex proxima administratione sciẽtes. Et ille quidem permissa sibi potestate, omnia quæ imperij vsus exigeret, aduentui quoque principis necessaria iam parabat.

Cap. XII. Vespasianus Iosephum captiuitate liberat.

OPinione verò citiùs declaratum in Oriente Vespasianum Imperatorem, vbique fama nunciauit. Et vniuersæ quidem ciuitates festos dies habebant, nunciísque lætitiam pro eo simul & sacrificia celebrabant. legiones verò apud Mœsiam Pannoniámque degentes, quæ propter Vitellij audaciam paulò antè fuerant concitatæ, iusiurandum Vespasiano maiore gaudio præbuerunt. Vespasianus autem Cæsaream reuersus, item Berytum venerat, vbi multæ quidem è Syria, multæque ab aliis prouinciis legationes aderant obuiam, coronas ei & gratulatoria decreta à singulis ciuitatibus offerentes.

ξεσθαι πρὴν σιτου δτι ῥάμης τὸ πλῆθος, τὰ δύο τάγματα δ' ἀλεξανδρείας τάγματα προσαποσπάσαι βυλόμενος. ἐνεθυμεῖτο ἢ τὴ προβλημα ἑ χώρην ἴσχειν ἑαυτῷ δι' τύχης ἀδήλων. ἔστι γὰ κατὰ μὲν γῆν δυσπρόσοδος, ἐ τὰ πρὸς θάλασσαν ἀλίμενος. καὶ μὴν ἑσπέρια, προβεβλημένη τὰ αὔυδρα δ λιβύης, καὶ δὲ μεσημβρίαν, τὴν διορίζουσαν ἀπὸ αἰθιόπων τλὺ συήνην, καὶ τοὺς ἀπλώστους τὸ ποταμοῦ καταῤῥάκτας, ἀπὸ δὲ τὰς ἀνατολὰς, δτι τλὺ ἐρυθρὰν θάλασσαν ἀναχεομένη μέχρι κοπτοῦ. βόρειον δὲ τεῖχος αὐτῇ, ἥτε μέχρι συρίας γῆ, καὶ τὸ καλούμενον αἰγύπτιον πέλαγος, πᾶν ὅρμων. τετείχεται μὲν οὕτως ἡ αἴγυπτος πάντοθεν. τὸ μεταξὺ δὲ πηλουσίου καὶ συήνης, μῆκος αὐτῆς σταδίων δισχιλίων, ὅτε ἀπὸ τῆς πλινθίνης ἀνάπλους εἰς πηλούσιον, σταδίων ἑξακισχιλίων ἑξακοσίων. ὁ δὲ νεῖλος, ἀναπλεῖται μέχρι τῆς ἐλεφάντων καλουμένης πόλεως, ἔνθ' ἤδη ἐῤῥοῦσι πλοίοις οὐ περαιτέρω χωρεῖν διὰ τοὺς καταῤῥάκτας. δυσπρόσοδος δὲ λιμὴν ναυσὶ, καὶ κατ' εἰρηνην, ἀλεξανδρείας. στενὸς γὰ εἴσπλους, καὶ πέτραις ὑφάλοις τὸν ἐσπλοῦν κωλυόμενος ἀφρῶν. καὶ τὸ μὲν ἑσπέριον αὐτοῦ μέρος, πόρακτα χειροκμήτοις σπίλεσιν. ἐν δεξιᾷ δὲ, ἡ προκατηρρυωμένη φάρος νησος προκειται, πύργον αἰέχουσα μέγιστον, ἐκπυρσοδίουσα τοῖς καταπλέουσιν δτι ξιακοσίους σταδίους, ὡς ἐ νυκτὶ πόῤῥωθεν ὁρμίζοιντο πρὸς τλὺ δυσχείμαν ἑ κατάπλου. δεῖ τοίνυν τὴν νησίδα, κατασβέλλειν χειροποιήτοις χώμασι μέγιστα προκεκατορθωμένοις δὲ τούτοις τὸ πέλαγος, καὶ τὰς αὐτόθεν ἔρκεσιν ἰφηνυόμενον ἐκβιαιοῦται τὸν πόρον, καὶ σφαλερὸν δὴ τοῦτο τλὺ εἴσοδον ἀπεργάζεται. ὁ μὲν τοῖχος λιμένα ἀσφαλίσασθαι δόξει, καὶ ξιάκοντα σταδίων τὸ μέγεθος, ὡς ὑπὲρ τὰς λείποντας τὴν χώραν πρὸς δι' ἀμμοιᾶς κατάγειν, καὶ τὰ θεῖα δίοντα τὴν ὁλκαδικὴν ἀγαθῶν εἰς πᾶσαν μοιρίζειν τὴν οἰκουμένην. ἐφίστο μὲν ἐν οἰκότας, τῇ ταύτῃ προσλαμβάνων ἰσχυρὸς εἰς βεβαίωσιν ἑ ὅλης ἡγεμονίας. ὑπεστέλλετο δ' αὖ δὲ δὺς τὰ δίπυρον ἑ αἴσυπτον, καὶ ἑ ἀλεξανδρέως πλοιαρίῳ ἀλεξάνδρῳ, δηλαδὴ τὰ τῆς σταπῆς προθυμον, καὶ ὡς αὐτὸς ὑποδὺς ἀναγκαίως τὸ βαρὺ τῆς ἡγεμονίας, συνεργὸν αὐτὸν καὶ βοηθὸν προσλαμβάνεται. προσαναγνοὺς ἑ ὑπατικὸν ἀλέξανδρος, ἅμα προθύμως τάτε τάγματα καὶ τὸ πλῆθος εἰς αὐτὸν ὁρκωσαν, ἐκάτεροι δὲ ἀσμένως ὑπήκουσαν, τλὺ ἀρετλὺ τὸ ἀνδρὸς ἐν τῆς ἰσχυρᾶς σταπιᾶς εἰδότες. καὶ ὁ μὲν πιστευθεὶς ἤδη τὰ θεῖα τλὺ ἀρχλὺ, προπαρασκεύαζεν αὐτὸ καὶ τὰ πρὸς τλὺ ἄφιξιν. τεῖχος γὰ δύσπολις δὴ γέλλον αἱ φῆμαι τὸν δὺν τῆς ἀνατολῆς αὐτοκράτορα, καὶ πᾶσι μὲν πόλις ἑόρταζεν, διαγγελία γὰ καὶ θυσίας ἐκ αὐτὸ ἐπιτέλει. τοῖς δὲ κτ' μυσίαν, κ' πανηγύρεις τάγματα, μικρᾷ πρόσθεν πεπεισμένοις περὶ τ' οὐιτελλίου τόλμαν, μείζονι χαρᾷ οὐπασασαν τ' ἡγεμονίαν ἄμυνον. ὁ γὰ αἰδὼς δόξας δατ' κρεῖσσον ἀρετὰς εἰς ἑαυτὸν παρλῶ, εἶδε πολλὰ μὲν δὴ τὸ ἀνεῖας ἀπὸ, πολλὰ γὰ νῦ δατ' τ' ἄλλων ἐπαρχειῶν πρεσβεῖαι συνῆντων, στεφάνους παρ' ἑκάστης πόλεως, καὶ συγχαρητηρίους ψηφίσματα. παρλῶ γὰ καὶ μυριάνδρους,

Affuit autem rector etiam prouinciæ Mutianus, ὁ τῆς

ὁ τῆς ἐπαρχείας ἡγεμών, τὸ θερμὸν τῆς δίκης, καὶ τοὺς κ̓ πόλιν ὅρκους ἀπαγγέλλων.

Κεφ. λη. ΠΡοχωρούσης ἤ παντάχοθ κ̓ νῦν τ̓ τύχης, καὶ τῆς θεσπισμάτων συνωνυμούσης ἐκ πλείονος μέρους, ἤδη παρίστατο τῷ Ἰώσηπῳ ἀσφαλῶς εἶν, ὡς οὐ δίκα δαιμονίᾳ θεσπροίας ἅψαιτο τ̓ ἀρχῆς, ἀλλὰ δικαία τὸν εὐμεθόρμιον θεὶ ἀγῇ τὸ κεκλῆν τ̓ ὅλων ἐπ' αὐτ. ἀναμνήσει ἦ δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα. πολλὰ ἤ αὐτῷ γεγόνῃ παντάχ, θεφαίνοντα τὴν τ̓ ἡγεμονίας κ̓ τὰς ἴωσήπ φωνὰς, ὃς αὐτ̓ ἔτι ζῶντος νέρωνος αὐτοκράτορα θεσείπειν ἐθάρρησεν. ἐξεπέπληκτο ἤ τ̓ ἀνδρα δεσμώτην ἔτι ὄντα παρ' αὐτῷ, κ̓ θεσκαλεσάμενος μυκιανὸν ἅμα τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι κ̓ φίλοις, πρῶτον μὲν αὐτῷ τὸ θρασύνειν ἐκέλευεν, κ̓ ὅσα τοῖς ἰωσηπείοις δι' αὐτ̓ ἐκαμψ. ἔπειθε τὰς μαντείας, αἷς αὐτὸς μὲν ὑπόπτως τὰ πλάσματ̓ δίους, ὅπου εἰχθῆναι ἤ χρόνῳ κ̓ τ̓ θεσπισμάτων θείας. αἰσχρὸν ἂν ἔφη τ̓ θεσθεασίσαντά μοι τ̓ ἀρχὴν, κ̓ δεσμώτου τύχην ὑπομεῖναι.

Κεφ. λθ. ΚΑὶ καλέσας τ̓ ἰώσηπον, λυθῆναι κελεύει. τοῖς μὲν οὖν ἡγεμόσιν ἐκ τῆς εἰς τ̓ ἀλλόφυλον ἀμοιβῆς, λαμπρὰ καὶ θεὶ αὐτὴν ἐλπίζειν παρέσῃ. συνὼν ἤ τῷ πατρὶ τίτος, δίκαιον ὦ πάτερ, ἔφη, τ̓ ἰωσήπου κ̓ τὸ ὄνειδος ἀφῃρεθῆναι σοὶ τῷ σιδήρῳ. γνώσῃ γὰρ ὅμοιον τῷ μὴ δεθέντι τὴν ἀρχὴν, οὐ αὐτὸν μὴ λύσαντα, ἀλλὰ κόψαντα τὰ δεσμά. τοῦτο γὰρ ὅτι τῷ μὴ δεθέντος δεθέντων θεῖτε ἦ. σωσθεὶς ἤ ζῶντα, κ̓ παρῳδηθὼν τῆς, πολέμει δίκαιος τῷ ἄλυσιν. ὁ δὲ ἰώσηπος εἰλικρὼς θεὶ τῷ θεσπισμάτων χάρας τῷ ὄνησίας, ἤδη κ̓ θεὶ τῷ μελλόντων ἀξιόπιστος ἦν.

Κεφ. μ. ΟΥεσπασιανὸς δὲ τ̓ θρασύτητος χρηματίσας, κ̓ καταφρονούμενος ἐκ τῶν τὰς ἀρχὰς δικαίως κ̓ δι' αὐτῷ ἀξίων, εἰς αὐτοχειρίαν ἀφικνεῖ ἦ. καὶ βουλόμενος ποῖ χρὴ ξέπεσθαι, θεσυρμαίτερα τῆς εἰς ἀλεξάνδρειαν ὁρμῆς, τὰ κ̓ τῷ ῥώμῃ ἔκειτο, τῷ μὲν βέβαιον οὖσαν ὁρᾶν, τὰ δὲ ὑπὸ οὐιτελλίου ταραττόμενα. πέμπει δὴ μουκιανὸν εἰς τ̓ ἰταλίαν, σὺν δυοῖν ἐπικούρων τέ καὶ πεζῶν συχνῶν δύναμιν. ὁ ἤ δι' τῷ τῶ χειμῶν ἀκμὴν δύσας τὸ πέλαγος, πεζῇ τὴν θρᾴκην ἦγε δι' καππαδοκίας κ̓ φρυγίας.

Κεφ. μα. ΕΝ δὲ τούτῳ καὶ αὐτόνιος πρῖμος, ἀναλαβὼν τὸ ἕβδομον τάγμα τῆς κ̓ μυσίας, ἔτυχε δὲ ἡγεμονεύων αὐτόθι, οὐιτελλίῳ σὺν τάξιμῳ ἐπῆγετο. οὐιτέλλιος δὲ αὐτῷ συνανθήσοντα μὴ πολλῆς δυνάμεως καινίναν ἐκπέμπει, μέγα θαρρῶν τῇ αἰδρὶ, δι' τῷ ἐπ' ὀθωνι νίκῃ. ὁ δὲ κατὰ τῆς ῥώμης ἐλαύνων δι' ταίνιας θεὶ κρήμνα τῆς γαλλίας τὸν αὐτόνιον καταλαμβάνει. μεθόριος δ' ἔστιν ἡ πόλις αὕτη τ̓ ἰταλίας. καπνὸν δὲ ἐντεῦθεν τὸ πλῆθ̓ τῆ πολεμίων, καὶ τῷ διατάξιν, συμβαλεῖν μὲν οὐκ ἐθάρρει, σφαλερὸν ἤ τῷ αἰσχρὸν λογιζόμενος, θεσθοσίαν ἐβουλεύετο. συναγαγὼν δὲ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἑκατοντάρχας, κ̓ χιλιάρχους ἐκέλευε μεταβιβᾶναι θεὸς τὸν αὐτόνιον, ταπεινῶν μὲν τὰ οὐιτελλίου θεσίγματα, τὴν δὲ θρασυτῆτ̓ δὲ ἰσχὺν ἐπαίρων, κ̓ παρ' ᾧ μὲν ἦ λέγων μόνον τῆς ἀρχῆς ὄνομα, παρ' ᾧ δὲ τῷ δύναμιν, κ̓ αὐτοὺς δὲ ἄμεινον θεσλαβόντας, τὴν ἀνάγκην ποιῆσαι χάριν, ἐ μέλλοντας ἥττασθ̓ τοῖς ὅπλοις,

A populorum alacritatem, iuratáque per ipsum principem sacramenta renuncians. Vbique autem Vespasiani votis obsecundante fortuna, rebúsque ad eum plurima ex parte inclinatis, cogitare cœpit, quòd non sine Dei prouidentia sumpsisset imperium: sed iusta quædam fati ratio, ad eius potestatem circumduxisset rerum omnium principatum. Recordatus autem signa,& alia (multa enim sibi contigerant imperium præmonstrantia)& Iosephi B dicta, quibus eum Nerone viuo ausus fuerat appellare imperatorem, admirabatur virum quem adhuc habebat in vinculis: aduocatóq; Mutiano cum amicis & rectoribus aliis, primùm quàm strenuus fuisset Iosephus, quantúmque Iotapatenis expugnandis propter eum laborasset exponit. deinde vaticinationes eius, quas ipse quidem timoris causa suspicaretur esse figmenta: tempus autem diuinas fuisse,& rerum exitus probauisset. Túmque inhonestum C esse ait, vt qui sibi auguratus esset imperium, vocísque Dei minister ac nuncius extitisset, adhuc captiui loco haberetur, fortunámque sustineret aduersam: vocatúmque ad se Iosephum solui iubet. Hoc autem facto, alij quidem rectores ex ea gratia quam alienigenę retulisset, præclara etiam de se speranda esse arbitrabantur. Titus verò, qui cum patre aderat, iustum est, inquit, pater, vnà cum ferro etiam probro Iosephum solui. erit enim, tanquam nec initio vinctus sit, si non dissoluerimus, sed incideri- D mus catenas. namque id agi solet in his, qui nó rectè fuerint vincti. Eadem Vespasiano placebant. & quidam interueniés securi catenas abrupit. Iosephus quidem pro his, quæ prædixerat, prędmio famę donatus, & de futuris iam dignus cui credendum esset habebatur.

CAP. XIII. De Vitellij morte & moribus.

VEspasianus autem responso legationibus reddito, iustéque pro meritis administrationibus ordinatis, Antiochiam venit. Et quónam primùm tenderet cogitans, Alexandrino itinere præstabilius esse duxit, quæ Romæ agerentur curare. Alexandriam enim stabilem esse, Romanas autem res à Vitellio perturbari. Mittit igitur in Italiam Mutianum cum multis equitum pedirúmque copiis. qui tamen propter hyemis asperitatem veritus nauigare, per Cappadocas & Phrygas ducit exercitum. Inter hæc autem Antonius Primus adducta legione tertia ex his, quæ apud Mœsiam morabantur (illam enim regebat prouinciam) bellum gerere cum Vitellio properabat. Vitellius autem cum magna manu Cæcinnam obuiam ei mittit. Is autem Roma profectus, quamprimum circa Cremonam Galliæ Antonium cõsequitur, quæ confinis Italiæ ciuitas est: ibíque conspecta hostium ordinatione ac multitudine, prælio quidem congredi non audebat. discessum autem periculosum reputans, de proditione deliberabat. Conuocatis autem cẽturionibus & tribunis sibi subditis, vt transirent ad Antonium suadebat: Vitellij quidem rebus detrahens, Vespasiani autem vires extollens: & alterum nomen imperij tantùm, alterum virtutem habere commemorans: ipsis quoq; melius esse, si id sponte faciãt, quòd necesse est: cũq; se multitudine superatũ iri sciãt,

voluntate periculum præuenire. Nam Vespasianum quidem idoneum esse etiam sine ipsis ad reliqua vindicanda: Vitellium verò ne cum ipsis quidem præsentia posse seruare. Multa locutus in hunc modum quod voluit persuasit: & cum milite transfugit ad Antonium. Eadem verò nocte milites pœnitudo simul ac metus eius, si vicissent, à quo missi fuerant, occupauit, eductísque gladiis, Cæcinnam obtruncare voluerunt. feciséntque nisi his aduoluti tribuni supplicasset. quamobrem cæde quidem se abstinuerunt, vinctum autem quasi proditorem Vitellio trãsmittendum habebant. His auditis Primus Antonius continuò suos mouet, eósque cum armis in defectores ducit. illi autem instructi ad prælium, paulisper quidem restiterunt. mox autem loco pulsi, Cremonam fugerunt. Primus autem comitatus equitibus cursus eorum præuertit: & ante ciuitatem circumclusam pleráque multitudinem peremit. aggressus autẽ reliquos, oppidum militibus prædari permisit. in quo multi quidem hospites mercatores, multi verò indigenæ periêre, totúsque Vitellij exercitus, virorum x x x. millia & ducenti. quin & Antonius eorum quos de Mœsia adduxerat quatuor millia & quingentos amittit. solutum autem vinculis Cæcinnam, rerum gestarum nuncium ad Vespasianum mittit. qui ad eum intromissus & collaudatus est, & proditoris dedecus insperatis protexit honoribus. Romæ autem Sabinus vbi Antonium appropinquare cognouit, fiducia recreatus est: collectísque vigilum cohortibus, nocte occupat Capitolium. luce verò facta multi nobilium sociati sunt ei, & Domitianus fratris filius, pars ingens obtinendæ victoriæ. Sed Vitellius de Primo quidem minimè curabat. his autem iratus, qui cũ Sabino defecerant, & nobilium sanguinem pro ingenita crudelitate sitiens, immittit Capitolio quam secum adduxerat militum manum. vbi multa ab his itémque ab illis, qui templum tenebant pugnantibus, audacter admissa sunt: postremò autem Germani, quòd multitudine superabant, collem obtinuerunt. Et Domitianus quidem cum multis Romanorum viris insignibus, diuina quadam ratione saluus euasit: reliqua verò multitudo tota laniatur. Et Sabinus quidem ad Vitellium ductus occiditur: milites autem direptis donariis templum incendunt. Túmque postero die cum exercitu venit Antonius, eúmque Vitellij milites excipiunt: & trifario commisso intra vrbẽ prælio, omnes interiêre. Procedit autem ebrius de palatio Vitellius, & vt assolet in extremis longiorem luxu prodigæ mensæ refertus, tractus autem per populum, varióque contumeliarum genere dehonestatus, in media vrbe iugulatur, octo menses ac dies quinque potitus imperio: quem si viuere diutius contigisset vt opinor, eius luxuriæ minimè sufficere potuisset imperium. aliorum verò mortuorum supra L. millia numerata sunt. Hæc quidẽ gesta sunt die tertio mensis Octob. Postero autẽ die Mutianus cum exercitu Romam ingreditur, & Antonij militib. à cæde repressis (adhuc enim hospitia perscrutãdo, & Vitellij milites, & ex populo plurimos, qui cum illo senserãt,

γνώμαις τὸν κίνδυνον φθάσαι. οὐκ ἀπιθανὸν μὲν γὰρ ἱκανὸν εἶναι, καὶ χωρὶς αὐτῶν θεραπεύσειν τὰ λειπόμενα, οὐ τέλλιον δ' οὐδὲ σὺν αὐτοῖς τηρῆσαι τὰ ὄντα. πολλὰ τοιαῦτα λέγων, ἔπεισε καὶ θεὸς τὸ αἴτιον αὐτῷ μόλις μὲν τῆς δυνάμεως. ἦν δ' ἀμφὶ νύκτα ἐμπίπλασθαι μετάνοια τοῖς στρατιώταις, καὶ φόβος τοὺς ἡγεμόνας εἰ χρείττων γένοιτο. ἀπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη, τὴν κραυγὴν ὥρμησαν αἰρεῖν. κἂν ἐπράχθη τὸ ἔργον αὐτοῖς, εἰ μὴ θεασάμενοι τοὺς χιλίαρχοι καὶ δικτάτορας αὐτοὺς. οἱ δὲ κλινάριον μὲν ἀπέχοντες, δεόμενοι δὲ τὸν θεὸν τὴν, οἷοι ἦσαν πάμπαν ἐλεεινῶ. ταῦτα ἀκούσας ὁ Πρῖμος, αὐτίκα τοὺς ἀφετέρους αἰσθόμενος, καὶ μὴ τὸν ὄχλον ὅλον ὀλέσαι τοὺς ἀποστάντας. οἱ δὲ ἀθρόοι ἐπὶ ὀλίγον μὲν ἀντέσχον, αὖθις δὲ ἐκπλαγέντες, ἔφυγον εἰς τὸ κρεμνωτὰ καὶ τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβεῖν. Πρῖμος, ὑποτέμνει τὰς εἰσόδους αὐτῶν, καὶ τὸ μὲν πολὺ πλῆθος κυκλωσάμενος, τὸν δὲ πόλεως ἐξαφθείρει, τὸν δὲ λοιπὸν συνέφευγεν διαρπάσαι τὸ ἄστυ τοῖς στρατιώταις ἐφῆκεν. εὐθὺς δὲ πολλοὶ μὲν τῶν ξένων ἐμποροι, πολλοὶ δὲ τῶν ἐγχωρίων ἀπόλοντο, πᾶσα δὲ οὐιτέλλιος στρατιὰ, μυριάδες ἓξ εἰς ἀριθμὸν καὶ ἑξακόσιοι. τῶν δὲ ὅπου ἦν μυσίας, αὐτάνιος ἑξακισχιλίους ἀπεβάλλει, καὶ πεντακοσίους. λύσας δὲ τὸν κεκμηκότα, πέμπει πρὸς αὐτὸν ἀσπασιούμενον, ἀγγελοῦντα τὰ πεπραγμένα. καὶ ὃς ἐλθὼν, ἀπεδέχθη τὸ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὰ τῆς εὐδοσίας ἐνείδη, τὴν παρ' ἐλπίδα τιμαῖς ἐπικαλύψει.

ΑΝεθάρσησε δὲ ἤδη, καὶ κατὰ τὴν ῥώμην σαβῖνος, ὡς πλησίον αὐτάνιος ὢν ἀπηγγέλθη, καὶ συναθροίσας τὰ τῶν νυκτοφυλάκων στρατιωτῶν τάγματα, νύκτωρ καταλαμβάνει τὸ καπιτώλιον. μεθ' ἡμέραν δὲ αὐτῷ πολλοὶ τῶν ὀνομάτων προσετίθοντο, καὶ δομιτιανὸς ὁ τοῦ ἀδελφοῦ παῖς μείζην μοῖραν εἰς τὸ κρατεῖν ἐλπίδων. οὐιτέλλιος δὲ πρῶτα μὲν ἐλάττων φροντὶς ἦν, τεθύμωτο δὲ ὅτι τοὺς συναποστάντας τῷ σαβίνῳ, καὶ δι' αὐτὸν ἀμφυτον ὠμότητα, διαφόρως αἵματος δίψει, τῷ στρατιωτικοῦ τε συγκαλοῦσαν αὐτῷ δύναμιν ἐπαφεῖναι τῷ καπιτωλίῳ. πολλὰ μὲν οὖν ἐκ τοιούτων, καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ μαχομένων ἐτολμήθη. τέλος δὲ τῶν πλήθει φερόντων οἱ ὑπὸ δ' γερμανίας, ἐκπέμπουσαν τὸν λόφον. καὶ δομιτιανὸς μὲν σὺν πολλοῖς τῶν ἐπιλέκτων ῥωμαίων, δαιμονιώτερον διασώζεται, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἅπαν κατακόπτει καὶ σαβῖνον αἰχμητὴς ὅδε οὐιτέλλιον, αἱρεῖται. διαρπάσαντες τὸ οἱ στρατιῶται τὰ ἀναθήματα, τὸν ναὸν ἐμπιφλασι. καὶ μιᾶς ἡμέρας, εἰσελαύνει μὲν αὐτόνιος κατὰ τὴς δυνάμεως, ὑπάντων δὲ οἱ οὐιτέλλιου, καὶ ξυνῆψε κατὰ τὴν πόλιν συμβαλόντες, ἀπόλοντο πάντες. θεωρίχεται δὲ μεθύων ἐκ τῆς βασιλείας οὐιτέλλιος, καὶ διαφερόμενος ὥσπερ εἰώθει τοῖς τῶν ἀστῶν ξαπίνης κεκορεσμένος. συρεὶς δὲ διὰ τοῦ πλήθους, καὶ παντοδαπῆς αἰκίας ἐξυβρισθείς, ἐν μέσοις τοῖς ῥώμης ἐσφάγεται, μῆνας ὀκτὼ κρατήσας καὶ ἡμέρας πέντε· ὃν εἰ συνέβη πλείω χρόνον βιῶσαι, ἐπιλιπὴν αὐτὸ τῇ λαγνείᾳ τὸν ἡγεμονίαν οἶμαι. τῶν δ' ἄλλων νεκρῶν ὑπὲρ πέντε μυριάδες ἐνεθημήθησαν. ταῦτα δ' ἕκτῃ μηνὸς ἀπελλαίῳ πέπρακτο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ, μουκιανὸς εἴσεισι μὲν τοῖς στρατιαῖς, καὶ τοὺς σὺν αὐτονίῳ παύσας τὸ κτείνειν (ἔτι γὰρ ἐξερευνώμενοι τὰς οἰκίας, πολλοὺς μὲν τῶν οὐιτέλλιου στρατιωτῶν, πολλοὺς δὲ τῶν δημοτικῶν, ὡς ἑκάστου αἱρέσεως,

φθά-

φθάνοντες τῇ θυμῷ τῶν ἀκεραίων ὀργῶσιν) καὶ προαγαγὼν τὸν δῆμον ἐπὶ, συνίστησι τῇ πλήθει μάχῃ τῆς παρούσης ἀφέξεως ἡγεμόνα. ὁ δὲ δῆμος ἀπηλλαγμένος ἤδη τῷ φόβῳ, αὐτοκράτορα τε εὐθὺς ἀποκαλεῖ καὶ φήμῃ, καὶ ἅμα τὴν τε τοῦ βεβαιωτὴν ἑορτάζει, καὶ τὴν οὐϊτελλίου καταλυσιν. εἰς ἣν δ' ἀλεξάνδρειαν ἀφικόμενος τῇ οὐεσπασιανῷ, τὰ ἀπὸ τῆς ῥώμης διαγγέλια ἦκε, καὶ φρίσσοις, ὡς πάσης τῆς ἰδίας οἰκουμένης πεπηδώσης. μειζόν τι οὖσα μὴ τῶν ῥωμύλου ἡ πόλις, στενοῖς τε τῷ πλήθους ἠλέγχετο. κεκυφομένης δὲ ἤδη τῆς ἀρχῆς ἅπάσης, καὶ σεσωσμένων παρ' ἐλπίδα ῥωμαίοις τῶν πραγμάτων, οὐεσπασιανὸς ὅλῃ τὰ λείψανα τῆς ἰουδαίας τὸν λογισμὸν ἐπέστρεφεν. αὐτὸς μέν τοι εἰς τὸν ῥώμυλον ὥρμητο λέξασθαι τῷ χειμῶνι ἀπάγεσθαι, καὶ τάχος, τὰ μὴ τῶν ἀλεξανδρέων διώκειν. τὸν δ' υἱὸν τίτον μὴ τῶν ἀπείρου δυνάμεως ἀποστεῖλαι ἐξαιρήσοντα τὰ ἱεροσόλυμα. ὁ δὲ προῆλθεν μέχρι νικοπόλεως, εἴκοσι ἀπὸ τῆς ἀλεξανδρείας σταδίους, κἀκεῖθεν ἐπιβὰς τῶν σραπαϊ μακρῶν πλοίων, ἀναπλεῖ διὰ τοῦ νείλου κατὰ τὸν μέν δίσιον νόμον, μέχρι πόλεως θμουέως. ἐκεῖθεν δ' ἐπεβάς, ὁδεύει καὶ κατὰ πολίχνιον τινὰ τανιν καλούμενον. δεύτερος αὖπαῦ σταθμὸς ἡρακλέους πόλις, καὶ ζεῖτος πλούσιον χώριον. δυσὶ δὲ ἡμέραις ἐνταῦθα τῶν σραπαϊ ἀναλαβών, τῇ τρίτῃ διεξιὼν τὰς ἐμβολὰς τοῦ πηλουσίου, καὶ προελθὼν σταθμὸν σφᾶ διὰ τοῦ ἐρήμου, πρὸς τῷ τοῦ κασίου διὸς ἱερῷ σραπῶ δίεται, τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ τῶν ὀσρακίνων. ἔστι ὁ σταθμὸς ὧν ἀυδρος. ἐπισιάκτοις δ' ὕδασιν οἱ ἐπιχώριοι χρῶνται. μὴ ταῦτα, πρὸς ῥινοκορούροις ἀπαντᾷ, κἀκεῖθεν εἰς ῥάφειαν προελθὼν σταθμὸν τέταρτον, ἔστι δὲ ἡ πόλις αὕτη συρίας ἀρχή, τὸ πάμπολυ σε χαίζη τίθησι σεσκευασθαι, μὴ ὧν εἰς ἀσκάλωνα, κἀκεῖθεν εἰς ἰάμνειαν, ἔπειτα εἰς ἰόππην, καὶ ἐξ ἰόππης, εἰς καισάρειαν ἀφικνεῖται, διαγωνισὰς αὐτόθι τὰς ἄλλας δυνάμεις ἀθροίζειν.

A occidebant, examinationis diligentiam iracundia præuenientes) Domitianum productum populo rectorem insinuat, vsque ad patris aduentum. populus autem iam timore liberatus imperatorem prædicat Vespasianum: simúlque & illum confirmatum, & Vitellium esse dejectum festa lætitia celebrabat.

Ca. XIIII. Titus mittitur contra Iudæos à patre.

CVm autem Vespasianus Alexandriam venisset, gesta ei Romæ nunciata sunt, & legati ei ex toto orbe congratulantes affuerunt: B cúmque maxima post Romam ciuitas esset, angustior multitudini videbatur. Firmato autem iam totius orbis Imperio, rebúsque pop. Ro. præter spem conseruatis, Vespasianus in Iudææ reliquias intendit animum. Et ipse quidem exacta hyeme, Romam proficisci parabat, réique apud Alexandriam maturè componere proponebat. filium verò Titum cum selectis copiis ad excidendam Hierosolymam mittit. Qui terreno itinere Nicopolim vsque C progressus, ab Alexandria ciuitate x x. stadiorum intervallo distantem, inde militem longis nauibus imponit: Nilóque flumine post Mendesium tractum, Thmuin vsque vehitur. hinc autem egressus in terram apud Tanin ciuitatem diuertit. vnde secunda ei mansio fuit ciuitas Heraclea, & Pelusium tertia. Hic autem milite per biduum recreato, tertio die Pelusij fines transiit: vnámque mansionem profectus per solitudines, ad Casij Iouis templum castra posuit. posteróque die apud Ostracinen, D quæ mansio aquæ inops est, ob quam causam adnectitia vtuntur indigenæ. Hinc apud Rhinocoluram requiescit: & inde progressus in quartam mansionem, Raphiam venit, quæ prima occurrit Syriæ ciuitas. Gaza verò quintæ mansionis castra suscepit: & postea in Ascalonem, atque hinc Iamniam, deinde Ioppen, & ex Ioppe Cæsaream peruenit: decreto apud se, alias militum copias congregare.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙ-ΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ. ΛΟΓΟΣ Ε'.

FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAICO LIBER SEXTVS.

[*Secundùm Rufini distinctionem.*]

Cap. I. De triplici seditione apud Hierosolymam.

ITVS quidem ad eum modum quem prædiximus, emensa vltra Ægyptum ad Syriam vsque solitudine, Cæsaream venerat. ibi enim exercitum decreuerat ordinare. Illo autem adhuc apud Alexandriam vnà cum patre imperium, quod nuper ei Deus permiserat, disponente, contigit etiam seditionem, quæ apud Hierosolymam erat, auctam trifariam diuidi, & aliam partem in aliam verti, quod vt in malis optimum quis dixerit, factúmque iustitiæ. nam Zelotarum quidem in populum dominatio, quæ autor erat excidij ciuitatis, vnde cœperit, & per quos creuerit, diligenter superiùs declaratum est. hanc autem non errauerit quisquam, dicés seditionem in seditione esse factam, ac veluti rabida fera, externorum penuria, in sua viscera fæuire solet: sic Eleazarus Simonis filius, qui & ab initio Zelotas in templum à populo separauerat, velut indignari simulans ob ea, quæ in dies singulos Ioannes auderet, cùm ne ipse quidem à cædibus quiesceret: re autem vera sese posteriori tyranno subiectum esse minimè ferens, summæ rei desiderio, propriæque potentiæ cupiditate, ab aliis defecit: ascitis etiam Iuda Chelciæ filio, & Ezronis Simone potentissimis: præter quos erat etiam Ezechias Chobari filius, non ignobilis. Horum singulos Zelotæ non exigui sequebantur: occupatóque interiore templi aditu, super eius portas in sacris foribus arma ponunt. & abundare quidem se suis necessariis confidebant. sacrarum enim rerum copia suppetebat, nihil impium existimantibus: paucitati verò suorum timentes, plerique in locis suis otiosi manebant. Ioannes autem quanto superior erat virorum multitudine, tanto loco superabatur: hostésque habens à vertice, neque sine metu conabatur incursus, & præiracundia cessare non poterat. Plus autem mali perferens, quàm Eleazari partem afficiens, tamen non remittebat. crebri enim fiebant impetus, & missiliũ iactus, totúmq; polluebatur cædibus templum. Filius autem Gioræ Simon, quem rebus desperatis

A

B

C

D

E

ΜΕΝ τῖτος ὁν φθασιλικαμὲν ἐπὶ τὸν ἐθνικὸν ὁδοιπορίαν ἐξ Αἰγύπτου διοδεύσας ἐπὶ τὴν Συρίαν μέχρι συνείας ἐρημίας, εἰς καισάρειαν παρῆν, ἐκεῖθι διατρίβειν τὰς δυνάμεις. ἐπὶ δὲ αὐτῷ καὶ τίτῳ ἀλεξάνδρειαν συγκαθισαμένῳ τῷ πατρὶ τὴν ἡγεμονίαν νέον αὐτῷς ἐπιτρέψαντος θεοῦ, συνέβη καὶ τίτῳ ἐν τῇ ἱεροσολύμοις στάσιν ἀναχωρήσασαν ξυμερῆ γνώμῃ, καθ' αὑτὴν διαστρέψαι μέρος, ὅπερ αἴτιος ἐν κακοῖς ἀγαθὸν εἰπεῖν καὶ δίκης ἔργον, ἡ μὲν γὰρ τῶν ζηλωτῶν διάθεσις, ὥσπερ κατῆρξεν ἀλώσεως τῇ πόλει, προσδιαλωβᾶται μᾶλλον ἀκριβείας, ὅθεν τὸ ἴσον, καὶ πρὸς ὃν κακὸν αὐτὴν ἐξέθη. ταύτην δὲ οὐκ ἄν μάρτυς τις εἰποὶ, στάσει στάσιν ἐγγνώσθαι. καὶ καθάπερ θηρίον λυσσῆσαν, ἐσθίειν ἔξωθεν ἐπὶ τοὺς ἰδίας ἤδη σάρκας ὁρμᾷ. οὕτως ἐλεάζαρος ὁ τοῦ σίμωνος, ὃς δὴ καὶ τὰ φρόντιστα τοῦ δήμου τοὺς ζηλωτὰς ἀπέστησεν εἰς τὸ τέμενος, ὡς ἀγανακτῶν δῆθεν ἐπὶ τοῖς ὁσημέραι τῷ ἰωάννῃ τολμωμένοις, οὐ γὰρ αὐτεπάγγελτος φοναὶ ἦσαν· τὸ δὲ ἀληθὲς αὐτὸς μεταγνώσεσθαι τυραννίδων μὴ φέρων ὑποστρατήγειν, πάθῳ τῷ ὅλων καὶ δυνάστου ἐπιθυμίᾳ, διίσταται, προσλαβὼν ἰούδαν τὸν χελκίου καὶ σίμωνα τὸν ἐζρωνος τῷ δυνάστῃ, πρὸς οἷς ἐζεκίας ἦν χοβαρεὶ πόλις οὐκ ἄσημος. καθ' ἕκαστον δὲ οὐκ ὀλίγοι τῷ ζηλωτῇ ἐκολούθησαν, καὶ καταλαβόμενοι τὸν ἐνδότερον τοῦ ναοῦ περίβολον ὑπὲρ τὰς ἱερὰς πύλας, ὅπλα τῷ ἁγίων μετώπων πήξαντες τὰ ὅπλα. πλήρης μὲν οὖν ἐκατομβῶν ὅλης ἐθαύρευν. καὶ δὴ ἀφθονία τῶν ἱερῶν ἐμηκύνετο σεσῳσμένων, τοῖς γε μηδὲν ἀσεβεῖς ἡγουμένοις. ἐλίσσοντο δὲ τὴν σφαγὴν ὀρρωδοῦντες, εἰ καθίσαιμεν τὰ πολλὰ καὶ χεῖρον ἔμενον. ὁ δὲ ἰωάννης ὅσον αἱρῶν ὑπερῆρε πλήθει, τοσοῦτον ἐλείπετο τῷ τόπῳ, ὃ καὶ κορυφὴν ἔχων τοὺς πολεμίους, ὑπ' ἀδείας ἐποιεῖτο τὰς προσβολάς, ὑπ' ὀργῆς πρέμοι. κακούμενος δὲ πλέον ὑπὲρ ὀλιγωθεὶς τοῖς θεοῖς ἐχάζαρον, ὅμως οὐκ αἰδῆ. συνεχῶς δὲ ἐνδρομαὶ κατ' ἀλλήλων καὶ βολαὶ ἀφίσταντο, καὶ φόνοις ἐμίαινε πανταχοῦ τὸ ἱερόν. ὁ δὲ γιώρα σίμων, ὃν ἐστὶ ἀμηχανίας ὑπὸλλυ-

καὶ δείμων ἀπὸ τῆς ἐν νυκτὶ φαντασμάτων, ἐφυγεν ὁ Αἰγύπτιος, ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ τοὺς θεοφιλεῖς Ἑβραίους ἐδωρεῖτο. σιγῶ δ' ὅπως τὴν εἰς Αἴγυπτον μετοικίαν τῶν πατέρων; οἱ τυραννοῦμενοι, καὶ βασιλεῦσιν ἀλλοφύλοις ὑποπεπωκότες τὰ ἑξακόσια ἔτεσι, παρὸν ὅπλοις ἀμυνάσθαι καὶ χερσὶ, σφᾶς αὐτοὺς ἐπέτρεψαν τῷ θεῷ. τίς οὐκ οἶδε τὸν ἐκ παντὸς θείου καταπλησθεῖσαν Αἴγυπτον, καὶ πάσῃ φθαρεῖσαν νόσῳ, τὴν ἄκαρπον γῆν, τὸν ἀπολειφθέντα νεῖλον, τὰς ἐπαλλήλους δέκα πληγάς. Τοὺς δὲ διὰ ταῦτα μὴ φονεῦσι θεσπεμπομένους πατέρας ἡμῶν, ἀναμάκτους, ἀκινδύνους οἵους ὁ θεὸς ἑαυτῷ νεωκόρους ἤγαγε. ἀλλὰ τὸν ὑπ' ἀσυρίων ἁρπαγεῖσαν ἁγίαν ἡμῖν λάρνακα, οὐκ ἐστέναξε μᾶλλον ἡ παλαιστίνη, καὶ δαγὼν τὸ ξόανον, ἐστέναξεν ἡ πᾶν τὸ γῆθεν ἁρπασαμένων ἔθνος. σπόμβοι δὲ τὰ κρυπτὰ τοῦ σώματος, καὶ δι' αὐτῶν τὰ ἀπλάγχνα μὴ τῷ σιτίων καταφέροντες, χερσὶ ταῖς λιτανευθείσαις ἀνακόμισαν, κυμβάλων, καὶ τυμπάνων ἤχῳ, καὶ πᾶσι μυστηρίοις ἱλασκόμενοι τὸ θεῖον; θεὸς δὲ ὁ ταῦτα παρασκευὴν ἡμετέροις στρατηγῶν, ὅτι τὰς χεῖρας καὶ τὰ ὅπλα παρεὶς, αὐτῷ κεῖναι τὸ ἔργον ἐπέτρεψαν. βασιλεὺς ἀσσυρίων σεναχήριμος, ὅτε πᾶσαν τὴν ἀσίαν ὑποσυρόμενος τὴν δὲ ἀφειδεστέρᾳ δίσατο τὴν πόλιν, ἆρα χερσὶν ἀθρόοις ἔπεσον; οὐχ αἱ μὲν ὅπλων ἠμοῦσαι ἐν εὐχαῖς ἦσαν. ἄγγελος δὲ τοῦ θεοῦ μιᾷ νυκτὶ τὸν ἄπειρον στρατὸν ἐλυμήνατο, καὶ μυρίαδας ἀναστὰς ἐ ἀσσυρίους, ὀκτακαὶ δέκα μυριάδας ὅλη πενταχιλίοις νεκροῖς εὗρε, μὴ δὲ τῶν καταλειπομένων ἀόπλους, καὶ μὴ διώκοντας ἑβραίους ἔφυγε; ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐν βαβυλῶνι δουλείαν, σὺν μετανάστης οὖν ὁλοὺς ἔτεσιν ἑβδομήκοντα, οὐ πρότερον εἰς ἐλευθερίαν ἀνεκαίπτον, ἢ κῦρος τοῦτο χαρίσασθαι τῷ θεῷ. προὐτίμησαν γοῦν ὑπ' αὐτῷ, καὶ πάλιν τὸν αὐτῷ σύμμαχον σεναχήριμον. καθόλου δ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι κατόρθωσαν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ὅπλοις, ἢ δίχα τούτων διέμαρτον ὅπλα ἐπάραντες τῷ θεῷ. μηδὲ γε κῦρος χρήσειν, εἰκὼν ὡς ἐδόκει τῷ κειτῇ μαχόμενοι δ' ἐπέπαυσαν ἀεί. τοῦτο μὲν ἰουδαϊκὰ βασιλεῖ βαβυλωνίων ἐπολιόρκει ταύτην τὴν πόλιν, συμβαλὼν σεδεκίας ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς τοῖς ἱερεμίου προφητείας, αὐτὸς τε ἁλὼν, καὶ τὸ ἄστυ μὴ τοῦ ναοῦ κατασκαπτόμενον εἶδε. καίτοι πόσῳ μᾶλλον οὗτοι ὁμοῦ βασιλεὺς ἐκεῖνος τὸ ὑμέτερον ἠγεμόνων ἦν, ὃ ὑπ' αὐτῷ λαὸς ὑμῶν. βούλεται γοῦν τὸν ἱερεμίαν οἷς ἀπεχθάνοντο μᾶλλον τοῦ θεοῦ δίκαι τοῖς εἰς αὐτὸν πλημμελείας, ἀλώσοιντο δ' εἰ μὴ σωθεῖεν τὴν πόλιν, οὔθ' ὁ βασιλεὺς, οὔθ' ὁ δῆμος ἀθέλησεν. ἀλλ' ὑμεῖς ἵνα ἐάσω τὰ ἔνδον, οὐ γὰρ ἱερωσύνῃ δι' αἱμάτων τὰς σωτηρίας ὑμῖν ἀξίως, ἐμὲ τὸν σωτηρίας ὑμᾶς, βλασφημεῖτε, καὶ βάλλεσθε παροξυνόμενοι πρὸς τὰς ὑπομνήσεις τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ μηδὲ τοὺς λόγους φέρητε, ὧν τ' ἀρχὰ δράτε καθ' ἡμέρᾳν. τοῦτο ἢ νίκα ἀπόχου τὸ κληδόνος ὅπλοις πρὸς καθιζομένῃ τῇ πόλει, πολλὰ πρὸς τὸ θεῖον ὀξυθυμότερος, οἱ πρόγονοι μὴ τῶν ὅπλων προῆλθον. αὐτοὶ μὲν ἀπεσφάγησαν ἐν τῇ μάχῃ. διηρπάγη δὲ καὶ τὸ ἄστυ τοῖς πολεμίοις, ἠρημώθη δὲ ἐπὶ ἔτη ἑβδομήκοντα. καὶ τί δεῖ τἄλλα λέγειν; ἀλλὰ ῥωμαίους τοὺς ἐπατολόγησε καὶ τὸ ἔθνους; ἢ τῶν ὅπλων ἀσέβεια; πόθεν δ'

ac tremes nocturnis somniis Ægyptius exagitatus aufugit, auróque & argento amatissimos Deo donauit Hebræos. Dicam translata in Ægyptum maiorum nostrorum domicilia? Qui cùm annos quadringentos tyrannis ac regibus alienigenis subiacerent, armis ac manibus vlcisci possent, semetipsos Deo potiùs permisêre. Quis nescit Ægyptum repletam omni genere serpentium, omnique morbo corruptam? Quis terram infructuosam? quis Nili defectionem, & continuas decem plagas? & ob hoc parentes nostros cum præsidio incruentos, & sine periculo deduci, quos Deus sibi sacerdotes ducebat? An non ab Assyriis raptam nobis sanctam arcam, Palæstina & Dagon simulacrum gemuit, & tota gens quæ rapuerat? corruptis verò occultis corporum, ac per ea cum cibo visceribus exhaustis, cymbalorum ac tympanorũ sono manibus noxiis reportauerunt, sanctum placationibus expiantes? Deus erat qui hæc parentibus administrabat, propterea quòd omissis armis ac manibus, eius se iudicio permisêre. Rex Assyriorum Senacherib cùm totam ducens Asiam, ad hanc vrbem castra posuisset, num manibus humanis cecidit? nónne ab armis quiescentes in votis erant, & angelus Dei in vna nocte infinitum deleuit exercitum? posteróque die excitatus Assyrius CLXXXV. millia reperit mortuorum, atque ita cum reliquis Hebræos inermes, nec persequentes fugiebat? Scitis etiam in Babylone seruitium, vbi per annos LXX. populus exulans, non antè libertatem recepit, quàm eam Deo Cyrus donaret: qui eos etiam est prosecutus, iterúmque auxiliatori suo sacerdotum more seruiebant. Breuiter dicam, nullum est operæprecium quod armis parentes nostri fecerint, aut non sine armis Deo permissa potestate imperauerint. Domi autem manentes, vt placebat iudici superabant. Pugnantes verò, semper de spe deciderunt. Nam vbi rege Babyloniorum vrbem obsidente, contra Hieremiæ prædicationem Sedechias rex noster cum eo congressus est, tam ipse captus est, quàm cum templo ciuitatem vidit excidi. Atqui videte, quanto ille rex vestris ducibus eiúsque populus vobis erat moderatior. Denique Hieremiam vociferantem, inuisos esse eos Deo propter delicta quæ in eum commiserant, captum iri autem nisi traderent ciuitatem, neque rex neque populus interfecit. Sed vos (vt intus gesta prætermittam, neque dignè possum iniquitates vestras exponere) me, qui vobis salutem suadeam, querimini, telisque appetitis irati, quòd vos vestrorum commonefacio peccatorum, nec dici ea toleratis, quorum quotidie facta committitis. Idem tunc fuit, cum Antiocho qui dictus est Epiphanes obsidente ciuitatem, multis modis offensa diuinitate, maiores nostri cum armis progressi, ipsi quidem in pugna perempti sunt. oppidum verò ab hostibus direptum est: sanctúmque per triennium sex menses penitus desolatum est. Et quid pluribus opus est? Ipsos Romanos quis cõtra Iudæorũ gentes ad militiam prouocauit? nónne indigenarũ impietas? Vnde

seruire cœpimus? Nónne à seditione maiorum, quando Aristobuli & Hyrcani furor, & inter eos contentio, Pompeium intulit ciuitati, & Romanis Deus indignos libertate subiecit? Denique tres menses obsessi, quanquam nihil quale vos in sanctum legésque deliquerant, & maioribus ad bellum subsidiis vtebantur, sese tradiderunt. Antigoni autem filij Aristobuli nescimus exitum? quo regnum obtinente, Deus iterum captiuitate persequebatur populum delinquentem. Et Herodes quidem Antipatri filius, Sosium & Romanum adduxit exercitum. circundati verò per sex menses obsidebantur, donec capti peccatorum suorum supplicia pependerunt: direptáque est ab hostibus ciuitas. Ita nunquam genti arma data sunt. Oppugnationi verò sine dubio cohæret excidium. Oportet ergo, vt opinor, sacri loci possessores iudicium Deo de omnibus permittere: manúsque tunc humanas contemnere, cùm à superno ipsi iudice non recedant. Vos autem quid ex his, quæ legis conditor bene dixit, egistis? Quid, quod is execratus est prætermisistis? Quantum autem illos qui citò periêre, impietate superastis? non occulta dedignantes peccata, hoc est furta, insidiásque atque adulteria, rapinis, cædibus certatis, nouásque maleficiorum excogitastis vias. Sanctum verò templum, factum est omnium receptaculum: & indigenarum manibus pollutus est locus, quem Romani ex tam longinquo adorabant, multa per legem nostram de suis moribus derogantes. Deinde post hæc in quem fuistis impij, hunc auxiliatorem speratis? Valde quidem iusti estis, supplices, purísque manibus adiutorem vestrum rogatis. Talibus rex noster precibus aduersum Assyrium supplicauit, cùm magnum illum exercitum Deus vna nocte prostrauit. Similia verò Assyriis Romani committunt, vt etiam similem vltionem speretis? Nam ille quidem ab rege nostro accepta pecunia, vt vastitati parceret ciuitatis, neglecto iureiurando ad incendium templi descendit: Romani autem solenne poscunt tributum, quod parentes nostri eorum parentibus pensabant. Et si hoc impetrauerint, neque populantur ciuitatem, neque sancta omnino tangunt. Concedunt autem vobis familias liberas & possessiones tenere, sacráque leges saluas manere patiuntur. Insania est profectò, sperare Deum talem circa iustos fore, qualis iniustis apparuit: præsertim qui statim vlcisci nouerit cùm oportet. Denique Assyrios prima nocte, qua castra ciuitati admouerant, fregit. Quod si etiam vestram progeniem liberaret, Romanos verò dignos pœna iudicaret, confestim eis illo tempore sicut Assyriis irascereturr, quo genti manus Pompeius attulit, quo post illum Sosius ascendit, quo Galilæam Vespasianus excidit, postremò non nunc Titus ciuitati appropinquaret. Sed neque Magnus, neque Sosius quicquam passi sunt, & ciuitatem victoria ceperunt. Vespasianus autem ex bello quod nobiscum gessit, etiam imperium adeptus est. Nam Tito quidem etiam fontes nunc vberiores profluunt, qui priùs vobis aruerant. Denique ante eius aduentum scitis & Siloam, & omnes extra ciuitatem fontes adeò defeciſſe, vt ad vtrunque

A ἠρξάμεθα δουλείας; ἆρ' οὐχὶ ἐκ στάσεως τῆς πρώτων, ὅτε ἡ Ἀριστοβούλου καὶ Ὑρκανοῦ μανία, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔρις, πομπήιον ἐπήγαγε τῇ πόλει, καὶ Ῥωμαίοις ὑπέταξεν ὁ θεὸς τοὺς οὐκ ἀξίους ἐλευθερίας. ζητεῖ γὰρ μετὰ πολιορκηθέντες, ἑαυτοὺς παρέδοσαν, ὅτε ἀμύητοι εἰς τὰ ἄγια καὶ τοὺς νόμους ἡλίκα ὑμεῖς, καὶ πολὺ μείζοσιν ἀφορμαῖς πρὸς τὸν πόλεμον χρώμενοι. τὸ δ' ἀπηρέτου τέλος τῆς Ἀριστοβούλου παιδός, οὐκ ἴσμεν, ἢ βασιλεύοντος, ὁ θεὸς ἀλώσῃ πάλιν τὸ λαὸν ἔλαυνε πλημμελοῦντα. καὶ ἡρῴδης μὲν ὁ Ἀντιπάτρου σὺν Σωσίῳ, Σωσίος δ' Ῥωμαίων στρατιὰ ἦγε. πολιορκούμενοι δ' ἐπὶ μῆνας ἓξ, ἐπολιορκοῦντο, μέχρι δίκας τῶν ἁμαρτιῶν δόντες ἑάλωσαν, καὶ διηρπάγη τοῖς πολεμίοις ἡ πόλις. οὕτως οὐδέποτε τῷ ἔθνει τὰ ὅπλα δέδοται. τῷ δὲ πολεμεῖσθαι, καὶ τὸ ἁλίσκεσθαι πάντως ἕπεται. διὸ γὰρ οἶμαι τοῖς χωρίοις ἅγιον νεμομένοις, ὅπως ἐπὶ πᾶσι τὰ τοιαῦτα τῷ θεῷ δικάζειν, καὶ καταφρονεῖν τότε χειρὸς ἀθεμίτου, ὅτε αὐτοὶ πείθωσι τὸν ἄνω δικαστήν. ὑμῖν δὲ τί τῶν δεδογμένων ὑπὸ τοῦ νομοθέτου πέπρακται; τί δὲ τῶν ὑπ' ἐκείνου κατεραμένων οὐ παραλέλοιπας; ἢ ἐπὶ τοῖς τέλειον ἁλόντων ἀσεβήσατε. καὶ τὰ κρυπτὰ μὲν τῶν ἁμαρτημάτων ἠδοξήκατε, κλοπὰς λέγω καὶ ἐπιορκίας, καὶ μοιχείας· ἁρπαγαῖς δὲ χαίρετε, καὶ φόνοις, καὶ ξενίας καινοτομεῖτε κακίας ὁδούς; ἐπλήσθη δὲ πάντων τὸ ἱερὸν ἐθνῶν, καὶ χερσὶν ἐμφύλιοις ὁ θεὸς μεμίανται χῶρος, ὃν καὶ Ῥωμαῖοι πόρρωθεν προσεκύνουν, πολλὰ τῶν ἰδίων ἐθῶν παραλύοντες, εἰς τὴν ἡμετέραν νόμον. εἶτα δὴ τούτοις τὸν ἀσεβηθέντα σύμμαχον προσδοκᾶτε; πάνυ γοῦν ἐστὲ δίκαιοι ἱκεῖ), καὶ χεῖρα καθαρὰς τὸν βοηθὸν ὑμῶν παρακαλεῖτε. τοιαύτας ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἱκέτευσεν δὴ τὸν ἀσύριον, ὅτε τὴν μέγαν ἐκεῖνον στρατὸν μιᾷ νυκτὶ κατέστρωσεν ὁ θεός. ὁμοίᾳ δὲ τῷ ἀσυρίῳ Ῥωμαῖοι δρῶσιν, ἵνα καὶ ἄμυναν ὑμεῖς ὁμοίαν ἐλπίσητε; οὐχ ὁ μὲν χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως ὑμῶν λαβὼν ἐφ' ᾧ μὴ πορθήσῃ τὴν πόλιν, κατέβη παρὰ τοὺς ὅρκους ἐμπρῆσαι τὸν ναόν. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν συνήθη δασμὸν αἰτοῦσιν, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ἐκείνων πατράσι παρέχον. καὶ τούτου τυγχάνοντες, οὔτε πορθοῦσι τὴν πόλιν, οὔτε ψαύουσι τῶν ἁγίων. δεδώκασιν δὲ ὑμῖν τὰλλα γῆς καὶ ἐλευθερίας, καὶ κτήσεις τὰς ἑαυτῶν νέμεσθαι, καὶ τοὺς ἱεροὺς νόμους σώζουσι. μανία δὲ τὸν θεὸν προσδοκᾶν δικαίοις, οἷς γε καὶ ἀδίκοις ἐφάνη. καὶ Ῥωμαίων δὲ ἀμύνειν οἶδεν ὅταν δέῃ. τοὺς γοῦν ἀσυρίους νυκτὸς τῷ πρώτῳ Ῥωμαῖοι προσπεσόντες διεφθείραν. ἀλλὰ τί καὶ τὴν ἡμετέραν γῆν ἐλευθερίας, ἣν Ῥωμαίοις κολάσεως ἀξίως ἔχειν, κἂν Ῥωμαίων καθάπερ τοῖς ἀσυρίοις ἐπέσκηψεν, ὅτε τὸ ἔθνος ἅπαν πομπήιος, ὅτε μετ' αὐτὸν αἴρει Σωσίος, ὅτε οὐεσπασιανὸς ἐπόρθει τὴν Γαλιλαίαν. τὰ τελευταῖα νῦν, ὅτε ἤγγιζε Τίτος τῇ πόλει. καίτοι μέγος μὲν, καὶ σόσιος πρὸς τὸ μηδὲν παθεῖν, καὶ αἰὰ κρείττος ἔλαβον τὴν πόλιν. οὐεσπασιανὸς δ' ἐκ τοῦ πρὸς ἡμᾶς πολέμου, τῆς βασιλείας ἤρξατο. πίστῳ μὲν γὰρ καὶ πηγαὶ πλουσιώτεραι ῥέουσιν, αἱ ξηρανθεῖσαι πρότερον ὑμῖν. πρὸς γοῦν τῆς αὐτοῦ παρουσίας, τοῦ τε σιλωὰμ ὕδατα λείπουσιν ἴσασι, καὶ πᾶσι πρὸς τοῦ ἄστεος ἀπάσας, ἃς ἔξω πρὸς ἀμφορεῖς

ὠνεῖσθαι

ὠνεῖσθαι τὸ ὕδωρ. τὸ δὲ ναῦν οὕτω πληθύουσι τοῖς πολεμίοις ὑμῶν, ὡς μὴ μόνον αὐτοῖς καὶ κτήνεσιν, ἀλλὰ καὶ κήποις ἱκανοῖν. τόγε μὲν τέρας τοῦτο παρεσκεύασθ' καὶ πρότερον ἐφ' ἁλώσει τῆς πόλεως γεγονὸς μόνον, ὅθ' ὁ Ναβουχοδονόσορ Βαβυλώνιος ἐπὶ τοὺς ἐπάδυσεν, ὃς τήν τε πόλιν ἑλὼν, ἐνέπρησε καὶ τὸν ναόν, οὐδὲν οἶμαι τῶν τότε ἠσεβηκότων πλεῖον ὑμῶν ἐλπίζω ὑμεῖς. ὅς τε ἐγὼ μεφυγάδευμαι μὲν ἐκ τῶν ἁγίων οἶμαι τὸ θεῖον, ἐστάναι δὲ παρ' οἷς πολεμεῖτε νῦν. ἀλλ' εἴπερ μοὶ ἀγαθὸς οἰκίαν ἀσυλητὸν φύξεται, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ συγήσει. τὸν δὲ θεὸν ἔτι πείθεσθε τοῖς ὑμετέροις κακοῖς δαιμόνιον; ὃς τότε κρυπτὰ πάντα ἐφορᾷ, καὶ τῶν σιγωμένων ἀκούει. τί δὲ σιγᾶται παρ' ὑμῖν, ὅτι κρύπτεται, τί δ' οὐχὶ καὶ τοῖς ἐχθροῖς φανερὸν γέγονεν πομπεύετε γὰρ τὰ δαιμόνια ποιοῦντες, καθ' ἡμέραν ἐλίττετε τὰς χεῖρον ἕξιν ποιούμενοι καταλείπεται γὰρ ὑμῖν ἔτι σωτηρίας ὁδὸς ἐὰν θέλητε, καὶ τὸ θεῖον δι' ἀγάλλακτον ἐξομολογουμένοις, καὶ μεταγνοῦσιν. ὦ σιδήρειοι, ῥίψατε τὰς πατροπλίας, λάβετε ἤδη κατηρεμούσης αἰδοῦς παῤῥησίας, ὅτις ἐφάπτεται, καὶ θεάσασθε τὸ κάλλος, ὃν ἀπολλύετε. οἷον ἄστυ, οἷον ἱερὸν, ὅσων ἐθνῶν ἀναθήματα. τίνι ταῦτα τὰς ὀδηγοῦ φλόγας; ταῦτα τίς μηκέτι ᾖ θέλει. καὶ τί σώζεσθε τούτων ἀξιώτερον; ἀτελεύτητοι καὶ λίθων ἀπαθέστεροι, καὶ εἰ μὴ ταῦτα γνησίους ὄμμασι βλέπετε, ψυχαὶ γοῦν ὑμετέρας ὀπτεύεσθε, καὶ ἀεὶ ὀφθαλμοῖς ἐκάστῳ γλυκύθυμα τέκνα καὶ γυνὴ, καὶ γονεῖς, οἷς ἀπαλάσει μὴ μικρὸν, ἢ λιμὸς, ἢ πόλεμος. οἶδα ὅτι μοι συγκινδυνεύσῃ μήτηρ καὶ γυνὴ, καὶ γένος οὐκ ἄσημον, καὶ πάλαι λαμπρὸς οἶκος; καὶ τάχα δεκεῖ δι' ταῦτα συμβουλεύειν. ἀποκτείνατε αὐτούς, λάβετε μισθὸν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας τοῦμὸν αἷμα. μάχῃ θνήσκειν ἕτοιμος, εἰ μετ' ἐμὲ σωφρονεῖν μέλλοιτε. τοιαῦτα τῷ Ἰωσήπου μὴ δακρύων ἐμβοήσαντος, οἱ στασιασταὶ μὲν οὔτε ἐπείσθησαν, οὔτε ἀσφαλῆ τὴν μεταβολὴν ἔκρινον. ὁ δὲ δῆμος ἐπινύττει πρὸς αὐτομολίαν. καὶ οἱ μὲν τὰς κτήσεις ἐλαχίστου ποιούμενοι, οἱ δὲ τὰ πολυτελέστερα τῶν κειμηλίων, τοὺς μὲν χρυσοὺς ὡς μὴ φανερὰ ὄντα ὑπὸ τῶν ληστῶν καταπίνουσι, ἔπειτα πρὸς τοὺς ῥωμαίους ἀγαθοθαρσοῦντες ὁπότε κατεύξαιντο, διὰ πόλεμον πρὸς αὐθίς τοῦτο. διαφέρει γὰρ τοῖς πολλοῖς ὁ πᾶς ὡς τὴν χώραν, ὅπου βούλοιτο ἕκαστος. καὶ τοῦτο αὐτὸ μᾶλλον πρὸς αὐτομολίαν παρεκάλει, τῶν μὲν ἔσω κακῶν στρατιώτας, μὴ δουλεύοντας δὲ ῥωμαίοις. οἱ δὲ πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ τὸν Σίμωνα, πρεσφύλαττον τὰς τούτων ἐξόδους πλέον, ἢ τὰς ῥωμαίων εἰσόδους, καὶ σπανὶ τῆς ὑπονοίας ἔφθανον μόνον, διὰ θεὸν ἀπαφάτιον.

Κεφ. κζ. ΤΟῖς γοῦν δι' πόρεις, καὶ τὸ μένειν πρὸς ἀπόλεμον ἦν λυσιτελές. πρόφασις γὰρ αὐτομολίας, αἰτρεῖτο τὴν δι' τὴν οὐσίαν. τῇ λιμῷ δὲ, ὑπόνοια τῆς στασιωτῶν συμπλοκῆς, καὶ καθ' ἡμέραν ἀμφότερα προσεξεκαίετο τὰ δεινά. φανερὸς μὲν γὰρ οὐδαμοῦ ὁπτῶ λιὸ ἐπειρατηδῶντες δὲ, διερεύνων τὰς οἰκίας, ἔπειδ' εὑρόντες μὲν, ὡς ἀρπεταμένους ἠλίζοντο. μὴ εὑρόντες δ' ὡς θᾶττον κρύψαντας, ἐβασάνιζον.

aqua mercaretur. nunc autem ita hostibus nostris largi sunt, vt non modò ipsis & iumentis eorum, sed etiam hortis sufficiant. Denique huius prodigij & ante periculum factum est in excidio ciuitatis, quando suprà memoratus Babylonius rex cum exercitu aduenit, qui & captam ciuitatem incendit & templum: quamuis vt opinor nihil tunc illi tantum, quantum vos impiè nunc, commisissent. Itaque sanctis relictis, Deum fugisse putauerim: hísque nunc adesse, quibus cum bellum geritis. An bonus quidem vir domum flagitiosam fugiet, & domesticos oderit: Deum verò malis vestris inhærere arbitramini, qui etiam occulta conspicit, & audit omnia quæ tacentur? Quid autem apud vos tacetur? quid celatur? quid non etiam inimicis planum factum est? Iniquitates enim vestræ velut in promptu neminem latent: inque dies singulos, quis peior sit, certamen habetis. atque ita nequitiam, vt virtutem demonstrare contenditis. Verumtamen reliqua salutis via est, si velitis, & diuinitas confessis ac pœnitentibus solet sese placabilis offerre. Arma proiicite, pudeat vos patriæ iam ditutæ. conuertite oculos, & aspicite eius quam proditis pulchritudinem, quale oppidum, quale templum, quàm multarum gentium munera. Quis in hæc flammas adducit? quis hæc iam non esse desiderat? Et quid est hoc quod saluum esse debeat dignius? ô duri & lapidibus stupidiores. Si hæc non veris luminibus cernitis, saltem familiarum vestrarum miseremini. Versentur in conspectu cuiusque filij, coniuges, & parentes, quos paulò pòst aut bellum, aut fames absumpserit. Scio quia vnà cum his periclitabitur mihi mater & coniunx, & familia non ignobilis, domúsque olim clarissima. Et fortasse propterea me quisquam hæc suadere crediderit. Interficite illos, accipite mercedem salutis vestræ sanguinem meum. Ipse quoque mori paratus sum, si post me respiscitis. Hæc Iosepho vociferante cum lacrymis, seditiosi quidem neque animos flexerunt, neque tutam sibi mutationem fore iudicaueruut. Populus verò ad profugiendum commotus est, & alij possessionibus suis, alij rebus carissimis exiguo precio venundatis, aureos, ne latrones eos deprehenderent, transglutiebant. cùm verò ad Romanos elapsi fuissent, exonerato ventre habebant vsui necessaria. Titus enim plerosque per agros, quò vellet quisque pergere, dimittebat: idque magis eos ad perfugium hortabatur, quòd & intestinis malis carebant, nec Romanis seruiebant. Ioannes autem & Simon cum sociis, ne his magis pateret exitus, quàm Romanis aditus, obstruebant: & qui vel vmbram suspicionis dedisset, continuò necabatur. Ditioribus quidem manere etiam sicut profugere, par causa erat pereundi: nam quasi transfugere voluisset, propter patrimonium quisque occidebatur. Cum fame autem crescebat desperatio seditiosorum, & in dies singulos vtrunque malum amplius accendebatur. Et palàm quidem nulla erant frumenta, irrumpentes autem scrutabantur domos. Et siquidem inuenissent aliquid, eos qui negauerant verberabant: si verò nihil inuenissent, quasi diligentiùs celauissent, tormentis itidem afficiebant.

Habendi autem argumento erant corpora miserorum, cùm ea quæ solidis viribus starent, abundare putarentur. Tabidi autem transfigebantur: nec rationis esse videbatur, statim fame morituros occidere, multi verò clàm vniuersa bona sua vno frumenti modio qui ditiores essent, itémque pauperes ordei permutarunt. Incluſi deinde intimis ædium tectis, quidam summa penuria infectum triticum comedebant. panem alij conficiebant, vt necessitas metúsque monuisset. Et mensa quidem nusquam apponebatur, sed incoctum subtrahentes igni cibum diripiebant. Miserabilis autem erat victus, dignúmque lacrymis spectaculum, cùm potentiores quidem plus haberent, infirmiores autem iniuriam deplorarent, quippe cùm fames super omnes clades haberetur. Nihil enim sic perdit hominem vt pudor: nam quod reuerentia dignum est, in fame negligitur. Denique vxores viris, & filij parentibus, & quod miserrimum, matres cibum infantibus ex ipso ore rapiebãt: & marcescentibus inter manus carissimis nemo parcebat, quin vitæ guttas auferret. Edentes verò talia non latebant, sed vbique aderant qui ista diriperent. Nam sicubi clausam domum vidissent, eos qui intus erant, cibum capere hoc suspicabantur indicio: statímque ruptis foribus irruebant, victúmque iam contusum dentibus, ex gutture penè reuocabant, ipsos faucibus strangulantes. Pulsabantur autem senes ne cibum defenderent: lacerabantur mulieres, ea quæ haberent in manibus occulentes: nullâque miseratio vel cani erat capitis, vel infantiæ: sed abstractos pueros & ex bucella pendentes, humo allidebant. Si quis autem incurrentes anteueniſſet, quódque rapturi fuerant deuorasset, tanquam læsi cruentiores erant. Acerbissimos autem cruciatus excogitabant, dummodo alimenta reperirent: nunc excruciantes genitalium vias, nunc virgis acutis podices transfigendo. horrendáque etiam auditu quis patiebatur: in vnius panis confessionem, & vt vnum pugnum farinæ abditum indicaret. Tortores autem nec esuriebant (minus enim crudele videretur, quòd necessitas impetraret) exercentes autem dementiam suam, sexque sibi dierum commeatum præparantes, hísque occurrentes, qui per Romanorum custodias agrestis oleris herbarúmque gratia colligendarum nocte erepsissent, cùm iam se hostes euasisse credebant, quæ attulissent eripiebant: multúmque supplicantibus, & horribile Dei nomen implorantibus, vt aliquam partem sibi concederent eorum, quæ cum periculo sibi collegissent, nihil penitus dabant: gratúmque videbatur, si spoliati non perirent. Hæc quidem humiliores à satellitibus patiebantur. Honorati verò ac diuites ad tyrannos perducebãtur, quorum alij in insidiarum falsò accusati occidebantur, alij quia Romanis proderent ciuitatem. Et plerunque delator subornatus indicabat, quòd profugere voluissent. Si verò quem Simon expilasset, eum ad Ioannem remittebat: & quem Ioannes expoliasset, eum Simon excipiebat: sibíque inuicem propinabant sanguinem popularium, miserorúq; cada-

A Τεκμήριον ὃ ἦν ἔχειν κ μὴ, τὰ σώματα τ ἀθλίων, ὧν οἱ μὲν ἐπ σωζεσθ ἐς, δ' περῆν ζοφῶς ἐδόκει. οἱ πανάθλιοι ὃ ἤδη παρεφθ δύοντο, κ κτείνειν ἄλογον ἐδόκει, τοῖς ὑπ' ἐνδείας τεθνηξομένοις αὐτίκα. πολλοὶ ὃ λάθρα ταῖς κτήσ σι σῖτ ος ἀπηλλάξαντο μέζω, πυρῶν μὲν οἱ πλουσιώτεροι τυγχάνοντες ὄντες, οἱ δ πενέστεροι κριθῆς. ἔπ ῥα κατακλειόντες ἑαυτοὺς εἰς τὰ μυχαίτατα τ οἰκιῶν, πινές μὲν ὑπ' ἄκρας ἐνδείας ἀέρμαστον τ σῖτον ἤσθιον, οἱ δ ἕπαστον ὡς ἦν αὐάλωτον, κ τὸ δίος παρῆκεν. Β ἑστίαν μὲν ἁπαμοῦ παρεπίθετο· ἤδ πυρὸς ἐφθόνουζες, ἐτ' ὠμὰ τὰ σιτία διήρπαζον. ἐλεεινὴ δ' ἦν ἡ ζοφώδης, κ δακρύων ἄξιος ἡ θέα, τ μὲν δυνατωτέρων, πλεονεκτούντων· τ δ' ἀσθενῶν ὀδυρομένων πάντων μὲν δὲ παθῶν ἐπαΐρισα) λιμός, μάλιστ δ' ἅπαντας ἀπόλλυσιν ὡς αἰδοῦς. τὸ γὰρ ἄλλως ἐν ζοφῶδες ἄξιον, ἐν τούτῳ καταφρονεῖ). γυναῖκες γὰρ ἀνδρῶν, κ παῖδες πατέρων, C τὸ οἰκειότατον μητέρες νηπίων ἁρπάζον ἐκ αὐτῶν τ σωμάτων τὰς τροφάς, καὶ τ φιλτάτων ἐν χερσὶ μαραινομένων, οὐκ ἐφείδε τοῖς τὸ ζῆν ἀφιλέσθαι σαλαγμοῖς. τοιαῦτα δ' ἐδίοντες, ὅμως οὐ διελάνθανον, πανταχοῦ δ' ἐφίσαντο οἱ σασιασταί, καὶ τούτων τὰς ἁρπαγὰς ὁπότε γε κατίδοιεν ἀποκλεισμένων οἰκίαν, σημεῖον ἐπ τοῦτο, τοὺς ἔνδον τροφὴν ἁρπάζειν ζοφῶς. δ' θέως δ' ἐξαράξαντες τὰς θύρας εἰσεπήδων, καὶ μόνον οὐκ ἐκ τ φαρύγων ἀναθλίβοντες, τὰς ἀκόλους ἀπέφερον. ἐτύπτοντο δ' γέροντες ἀντεχόμενοι D τ σπίων, καὶ κόμας ἐπαφείστων γυναῖκες συγκαλύπτουσαι τὰ ἐν χερσίν. οὐδ' τις ἐπ οἴκτος πολιᾶς ἢ νηπίου; ἀλλὰ σωρεύοντες τὰ παιδία τ ψαμμῶδ ἐπρεμάμματα, κατέφερον εἰς ἔδαφος. τοῖς ὃ φθάσασι τὴν εἴσδρομὴν αὐτῶν, καὶ προκαταπιοῦσι τὰ ἁρπαγισθέντα, ὡς ἀδικηθέντες ἦσαν ὠμότεροι. δεινὰς δ' βασάνων ὁδοὺς ἐπενόουν περὶ ἕρευναν τροφῆς, ὀρύσσοις μὲν ἐμφεύγοντες τοῖς ἀθλίοις τοὺς τ αἰδοίων πόρους, ῥάβδοις δ' ὀξείαις ἀναπείροντες τὰς ἕδρας. τὰ φεικτὰ δὲ καὶ ἀκουᾶς, ἔπαχέ τις εἰς ἐξομολόγησιν σίτου ἄρτου, καὶ ἵνα μιᾶς δράκα μίας κεκρυμμένων ἀλφίτων. οἱ βασανισταὶ δ' οὐκ ἐφείδοντο, καὶ γὰρ ἧττον ἂν ὠμὸν ἦν τὸ μετ' ἀνάγκης. γυμνάζοντες δ' τὴν ἀπόνοιαν, καὶ προσβασανίζοντες αὐτοῖς, εἰς τὰς ἓξ ἡμέρας ἐφόδια. τοῖς δ' ὅπ τὴν ῥωμαίων φρουρὰν νύκτωρ ἐξερπύσασιν ὅπ λαχάνων συλλογὴν ἀγρίων καὶ πόας, ὑπαντῶντες Ε τὰ ἤδη ἐξαπεφθεγμένα τοῖς πολεμίοις ἐδόκουν, ἁρπάζοντα τὰ κομιζόμενα. καὶ πολλάκις ἱκετεύοντι, καὶ τὸ φεικτὸν ὀμνύοντι ὄνομα τ θεοῦ, μεταδοῦναί τι μέρος αὐτοῖς ὧν κινδυνεύσαντες ἤνεγκαν, οὐδ' ὁπωσοῦν μετέδοσαν. ἀγαπητὸν δ' ἦν, τὸ μὴ καὶ προσαπολέσθαι στυγνημένοις. οἱ μὲν δὴ ταπεινότεροι τοιαῦτα πρὸς τὴν ἀθυμοφόρον ἔπαθον. οἱ δὲ ἐν ἀξιώματι καὶ πλούτῳ, πρὸς τοὺς τυράννους ἀπήγοντο. τούτων οἱ μὲν ὑπὸ ψευδεῖς ὑποκλοπὰς ἁλόντες ὑποκλεπτόμενοι, διεφθείροντο, οἱ δ' ὡς προδιδόντες ῥωμαίοις τὴν πόλιν. τὸ δὲ ἑτοιμότατον ἦν, μίσους τοῖς ὑποβλητοῖς, ὡς αὐτομολεῖν διεγνωκόσιν. ὁ δὲ ὑπ' σίμωνος γυμνωθεὶς, πρὸς ἰωάννην ἀπεπέμπετο, καὶ τὴν ὑπ' ἰωάννου στασιασθέντων, ὁ σίμων μετελάμβανεν. ἀπεπρόσπινον δ' ἀλλήλοις τὸ αἷμα τ δημοτῶν, καὶ τὰ κτή-

ματα

μητα τῶν ἀλλίων διεμερίζοντο. καὶ τὸ μὲν κρατεῖν ἐκείνοις ἐν ἀμφοτέροις, τῇ δὲ ἀσεβημάτων ὁμονοια· καὶ γὰρ ὁ μὴ μεταλαβὼν ἐν τῷ ἀλλοφύλων κακῶν ἕτερῳ μονοτρόπως ἐδύκει πονηρός. καὶ ὁ μὴ μεταλαβὼν ὡς ἀγαθοῦ τινὸς, ἤλγει τὸν νοσφισμὸν τῆς ὠμότητος. καθόλου μὲν οὖν ἐπιξιένειμ τὰ ὠδυνομένα αὐτῇ, ἀδύνατον. σωμελόντα δ' εἰπεῖν, μήτε πόλιν ἄλλην τοιαῦτα πεπονθέναι, μήτε γένει ἐξ αἰῶνος ἀρχὴν κακίας γονιμωτέραν. ὀλίγα τελεσθέντων, καὶ τὸ γένος ἐφαύλιζον τῇ Ἑβραίων, ὡς ἥκιστα ἀσεβεῖς δοκοῖεν πρὸς ἀλλοφύλους. ἐξωμολογήσαντο δ' ὅπερ ἦσαν, δοῦλοι, καὶ σύγκλυδες, καὶ νόθα τοῦ ἔθνους φθάρματα. τὰ μὲν γε πάλαι αὐτοὶ, ῥωμαίους ἄκοντας, ἀνάγκαν ὅπλων σωθέντας κατορθώματι, καὶ μόνον οὐχ εἵλκυσαν ὅπι τὸν ναὸν βεβηλοῦν τὸ πῦρ. ἀμέλει καὶ μόλυβδον ἐκ τῆς ἄνω πόλεως ἀφιέντες, οὔτε ἤλγησαν, οὔτε ἐδάκρυσαν· ἀλλὰ ταῦτα τὰ πάθη, ὠδὰ ῥωμαίους ἤρίθη. καὶ ταῦτα μὲν ἐν χερσὶν ὕστερον μὲν ἀποδείξεως τῷ πράγματι ἐροῦμεν.

Καρ. κη'. Τίτῳ δὲ τὰ μὲν χώματα προὐκόπτε, καὶ τοι πολλὰ κακουμένων ὑπὸ τοῦ τείχους τῇ τραπωτῇ, πέμψας δ' αὐτὸς μέρος τῆς ἱππικῆς ἐκέλευσε τοὺς ἐν τοῖς φάραγξι ὅπι συγκομιδῆ τροφῆς ἐξιόντας ἐνεδρεύειν. ἦσαν δέ τινες μὲν καὶ τῆς μαχέμων, οὐκ ἔτι ὑφαρκούμενοι ταῖς ἁρπαγαῖς, τὸ δὲ πλέον ἐκ τοῦ δήμου πένητες, οἷς αὐτομολεῖν ἀπέζεπε τὸ φόβος τῆς οἰκείων φθορᾶς. οὔτε γὰρ λήσεσθαι τοὺς στασιαστὰς ἤλπιζον μὴ γυναικῶν καὶ παίδων ἀναδιδράσκοντες, καὶ καταλιπεῖν ταῦτα τοῖς λησταῖς οὐχ ὑπέμενον ὑπὲρ αὐτῆς σφαγησόμενα. τολμηροὶ δὲ πρὸς τὰς ἐξόδους ὁ λιμὸς ἐποίει. καὶ κατελείποντο λανθάνοντας εἰς τοὺς πολεμίους ἁλίσκεσθαι. λαμβανόμενοι γὰρ κατ' ἀνάγκην ἠμύνοντο. καὶ μὴ μόλις ἱκετεύειν ἄωρον ἐδύκει. μαστιγούμενοι δὲ καὶ πρὸς βασανιζόμενοι πρὸ θανάτου πᾶσαν αἰκίαν, ἀνεσταυροῦντο πρὸ τείχους ἀντικρύ. τὸ μὲν οὖν οἶκτος τὸ πάθος κατεφαίνετο, πεντακοσίων ἐκάστης ἡμέρας, ἔστι δ' ὅτε καὶ πλειόνων ἁλισκομένων. οὔτε γὰρ τοὺς βίᾳ λαφθέντας ἀφεῖναι ἀσφαλὲς, καὶ φυλάττειν τοσούτους φρουρεῖν τὴν φυλαξάντων ἐώρα, τόγε μεῖζον οὐκ ἐκέλευε. τάχα δ' ἂν ἐνδοῦναι πρὸς τὸν ὅλον ἐλπίσας αὐτοὺς, εἰ μὴ πρόδηλον ὅμοια πεισομένους. προσήλουν δ' οἱ στρατιῶται δι' ὀργὴν, καὶ μῖσος τοὺς ἁλόντας, ἄλλον ἄλλῳ σχήματι πρὸς χλεύην, καὶ ὅσῳ τὸ πλῆθος χώρα τε ἐπελείπετο τοῖς σταυροῖς, καὶ σταυροὶ τοῖς σώμασιν. οἱ στασιασταὶ δὲ τοσοῦτον ἀπεδέησαν τοῦ μεταβαλέσθαι πρὸς τὸ πάθος, ὥς τι καὶ τοιοῦτον αὐτοῖς σοφίσασθαι πρὸς τὸ λοιπὸν πλῆθος. σύροντες γὰρ τοὺς τῆς αὐτομόλων οἰκείους ὅπι τὸ τεῖχος, καὶ τῇ δημοτῇ τοὺς ὅπι πίστιν ὡρμημένους, οἷα πάσχουσιν οἱ ῥωμαίοις προσφεύγοντες ἐπεδείκνυσαν, καὶ τοὺς κεκρατημένους ἱκέτας ἔλεγον οὐκ αἰχμαλώτους. τοῦτο πολλοῖς τῆς αὐτομολεῖν ὡρμημένοις μέχρι τἀληθὲς ἐγνώσθη, κατέργον εἶσιν. ἔνιοι δὲ καὶ πρόδρασαν, ὡς ὅπι βίαιον τιμωρίαν; ἀπάντων ἡγούμενοι τὸν ἐκ τῆς πολεμίων θάνατον, τῷ λιμοῦ συγκεῖσθαι. πολλοὺς γὰρ καὶ χειροκοπῆσαι κελεύσας τίτος

uera partiebantur. Et dominandi quidem causa erat in vtroque diſſenſio, ſcelerum verò cõcordia. Nam qui ex alienis malis partem alteri, ſibi totum vendicans, non dediſſet, nequiſſimus videbatur. Et qui non accepiſſet, velut boni alicuius damno dolebat, quia crudelitatis parte caruiſſet. Singillatim quidem iniquitates eorum explanare non potero: vt autem breuiter dicam, neque aliam ciuitatem vnquam talia perpeſſam puto, neque vllam nationẽ poſt hominum memoriã malicia ferociorem fuiſſe. Poſtremò etiam genti Hebræorum maledicebant, vt minus impij viderentur in alienos. Veruntamen, quod erant, & ſeruos ſe, & conuenas & degeneris gentis abortiones eſſe confeſſi ſunt. Denique ciuitatem ipſi euertêre, & Romanos inuitos hanc triſtem admittere victoriam coegêre: tardiúſque venientem in tẽplum ignem penè traxêre. Denique cùm hi arderẽ ſuperiorem ciuitatem vidiſſent, neque doluêre, neque illacrymauêre: ſed apud Romanos, qui hæc paterentur inuenti ſunt. Verùm hæc quidem ſuo loco poſtea cum rerum documentis dicemus.

Cap. XII. De Iudæis crucifixis & aggeribus combuſtis.

TIto autem aggeres proficiebant, quamuis à muro milites malè afficerentur: parte verò equitatus miſſa, iuſſit per valles ad alimenta comportanda exeuntibus inſidias tẽdi. Erant autem in his nonnulli etiam pugnatores, quibus iam minimè præda ſufficeret: maior verò pars ex populo pauperes, quos profugere deterrebat pro affectibus ſuis metus. nec clàm enim ſeditioſis fieri poſſe ſperabant, vt cum coniugibus ac liberis diffugerent: eóſque latronibus relinquere non patiebantur vice ſua iugulandos. Audaciores autem faciebat ad exeundum fames, reſtabátque iam latitantes egredi, & ab hoſtibus capi. Deprehenſi autem neceſſitate repugnabant: metu ſupplicij, ſeróque videbantur ſupplicare: poſt pugnam itaque verberati, & ante mortem modis omnibus excruciati, contra murum cruci ſuffigebantur. Tito quidem miſerabilis videbatur iſta calamitas, cùm Iudæi in dies ſingulos quingenti, nonnunquam etiam plures caperentur. Sed neque captos dimittere tutum erat, tantámque aſſeruare multitudinem cuſtodum videbat eſſe cuſtodiam: maximè verò propterea non prohibuit, citius eos exiſtimans ea facie remiſſuros. tanquam ſimilia paſſuros, niſi ſe dediſſent. Milites autem diuerſis modis ſuffigebant, ira & odio & ludibrij cauſa: & propter multitudinem quam cepiſſent, iam ſpacium crucibus deerat, & corporibus cruces. Seditioſis verò tantum defuit, vt ea clade mouerentur, quod etiam in contrarium eis ceſſit, ad deterrendam reliquam multitudinem. Transfugarum enim familiaribus ad murum tractis, & ſi qui erant popularium proniores ad pacem, & quæ paterentur, qui ad Romanos profugerent, demonſtrabant: & qui comprehẽſi tenebantur, eos ſupplices non captiuos eſſe dicebant. Eá res multos perfugere cupientium, donec verum cognoſceretur, inhibuit. Fuerunt autem, qui ſtatim dilapſi ſunt, quaſi ad verum ſupplicium properãtes. Illatam enim ab hoſtibus mortem, comparatione famis requiem eſſe ducebant. Multis autem captiuorum Titus

etiam manus abſcidi præcepit, eóſque ad Ioannem & Simonem intromiſit, vt propter calamitatem nec viderentur profugi, nec crederentur: ſaltem nunc deſinerent admonens, néve ſe compellerent ad excidium ciuitatis: ſed lucrarentur in extremis mutata voluntate, & proprias animas, & patriam tantam & templū, cuius participem non habebant. ſimul autem aggeres circumeundo, operantes vrgebat, veluti factis verba non multo pòſt ſecuturus. Ad hæc in muris ſtantes, & ipſi Cæſari, & patri eius maledicebant, mortémque ſe contemnere clamabant, eámq. ſeruituti rectè præferre, multa verò mala Romanis facere dum ſperant, nec ſe nec patriam curantes, vt ipſe diceret, perituros: mundúmq. Deo templum hoc melius eſſe: quamuis & id ſeruaturus ſit, qui incoleret: quem ipſos quoque auxiliatorem habentes, omnibus interminationibus illuſuros. quibus facta non adfore: finem.n. Dei eſſe. Talia conuiciis admiſcentes vociferabantur. Et inter hæc Antiochus quoque aderat Epiphanes, multos alios armatos ſecum ducens, & præterea caterua ſtipatus qui Macedones appellabantur, omnes ætate pares & paulo maturiores adoleſcētibus, more Macedonum inſtructi armis & eruditi. vnde etiam nomen habebant, plerique tamen famam gentis æquare non poterant. Omnium enim regum qui Romanis parebant, feliciſſimum Comagenum fieri contigit, prius quàm fortuna mutaretur. Oſtendit autem ille quoque in ſenecta ætate, nullum ante mortem beatum dici oportere. Cæterùm filius eius adhuc eo vigente præſens ſe mirari aiebat, quidnam eſſet quod Romanos adire pigebat muros. erat enim bellator ipſe naturáque promptiſſimus, tantúſque viribus, vt multum peccaret audacia. Cùm verò Titus ad hoc ſubriſiſſet, laborémque communē eſſe dixiſſet, ſicut erat Antiochus cum Macedonibus in murum impetum fecit. & ipſe quidem pro viribus ſuis ac peritia cauebat tela Iudæorum, ſagittis eos appetens: adoleſcentes autem omnes præter paucos attriti ſunt. Nam pudore promiſſionis diutiùs pugna certauerant, & ad extremum multi ſaucij receſſēre: hoc reputantes, quòd etiam viris Macedonibus vincere cupientibus fortuna opus ſit Alexandri. A Romanis enim duodecimo die menſis Maij aggeres inchoati, vix nono & vigeſimo perfecti ſunt, cū totos dies ſeptem & decē laboraſſent: ingentes enim quatuor iacti ſunt. & vnus quidē, qui erat ad Antoniā, & à quinta legione fuerat extructus, cōtra mediū ſtagnum, quod Struthium vocatur: alter verò à duodecima viginti cubitis diſtans. Decima verò legio, quæ ſuprà memoratis præſtat, in Septentrionali parte opus erexerat, vbi ſtagnum eſt quod appellatur Amygdalon. Ab hoc autem quintadecima legio triginta diſcedentem cubitis aggerem fecit ad pontificis monimentum. Iam verò admotis aggeribus, Ioānes ſubfoſſa intus terra vſque ad aggeres, Antoniam verſus diſpoſitis per cuniculum ſudibus opera ſuſpendit: illatáque ſylua pice ac bitumine illita, igni immittit. ſuccenſis autem fulcimentis,

τὴν ἐαλωκότων, ὡς μὴ δοκοῖεν αὐτὲ μόλοι & πιστεύοιντο δι' αὐτὸν τὴν συμφορὰν, εἰσέπεμψε πρὸς τὸν σίμωνα, καὶ τὸν ἰωάνην, νυῦ γε ἤδη παύσασθαι παραινῶν, καὶ μὴ πρὸς αἵρεσιν τῆς πόλεως αὐτὸν βιάζεσθαι. παρδήσαν δ' ἐκ τῆς ἐν ὑστάτοις μεταμελείας, τάς τε αὐτῶν ψυχὰς, καὶ τὴν ἀκρόπολιν παῤῥίδια καὶ ναὸν ἀποινώσαντες ἄλλοις. ἐφείλοντο δὲ τὰ χώματα τοῖς ἐργαζομένοις ἅμα καὶ πήγνυμι, ὡς οὐκ εἰς μακρὸν ἀκολουθήσειν ἔργοις τῷ λόγῳ. πρὸς ταῦτα αὐτόν τε ἐβλασφήμουν ὅτῳ τὰ τείχους καίσαρα, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ. καὶ τὸ μὲν θανάτου καταφρονεῖν ἐβόων. ἥρπασθαι γὰρ αὐτὸν πρὸ δουλείας καλῶς. ἐργάσασθαι δ' ὅσα ἂν δύνωνται κακὰ ῥωμαίους, ἕως ἐμπνέωσι. παῤῥίδος δ' οὐ μέλλειν τοῖς ὡς αὐτὸς φησιν ἀπολλυμένοις. καὶ ναοῦ ἀμείνω τούτου τοῦ θεοῦ, τὸν κόσμον εἶ. στοιθήσεσθαι γε μὲν καὶ τοῦτον ὑπὸ τοῦ καθοικοῦντος, ὃν καὶ αὐτοὶ σύμμαχον ἔχοντες, πᾶσαν χλοάζειν ἀπειλὴν ὑστερούσαν ἔργων. τὸ γὰρ τέλος, εἶ τοῦ θεοῦ. τοιαῦτα ταῖς λοιδορίαις ἀναμίσγοντες ἐκεκράγεσαν.

ΕΝ δὲ τούτῳ, καὶ ἐπιφανὴς ἀντίοχος παρῆν, ἄλλους τε ὁπλίτας συχνοὺς ἔχων, καὶ περὶ αὐτὸν σῖφος μακεδόνων καλούμενον ἡλικίᾳ πάντας ὑφηλοὺς ὀλίγον ὑπὲρ ἀπαιδίας, τὸν μακεδονικὸν τρόπον ὡπλισμένους τε καὶ πεπαιδευμένους. ὅθεν καὶ τὸν ὁπλισμὸν εἶχον, ὑστεροῦντες οἱ πολλοὶ τῷ χρόνῳ. διαφερόντως δὲ μάλιστα τῷ ὑπὸ ῥωμαίοις βασιλέων τὸν κομμαγηνὸν σωθέν, πρὶν γεύσασθαι μεταβολῆς. ἀπέφηνε δὲ καὶ οὗτος ὅτι γήρως ὡς οὐδένα χρὴ λέγειν πρὸ θανάτου μακάριον. ἀλλ' ὅγε πᾶς ἀκμάζοντος αὐτοῦ τηνικαῦτα παρὼν θαυμάζειν ἔφασκε, τί δήποτε ῥωμαῖοι κατοκνοῖεν προσιέναι τῷ τείχει. πολεμιὸς δέ τις αὐτὸς ἦν, καὶ φύσει θρασύβολος· κατά γε τὸν ἀκμὴν ὅσουπερ ὀλίγῳ τὸν τόλμαν ὑπερβάλλειν. μειδιάσαντος δὲ τοῦ τίτου, & κοινὸς ὁ πόνος εἰπόντος ὡς ἔχειν ὥρμησεν ὁ ἀντίοχος μετὰ τῶν μακεδόνων πρὸ τοῦ τείχους. αὐτὸς μὲν οὖν ὅπλα τε ἐχρῆν, καὶ κατ' ἐμπειρίαν, ἐφυλάττετο τὰ τῶν ἰουδαίων βέλη τοξόων εἰς αὐτούς. τὰ μειράκια δ' αὖτῶν σωστέον πάντα, πλὴν ὀλίγων. ὅπλα γὰρ αἰδῶ τῆς ὑποχείρου, προθυμίαν μαχόμενα, καὶ τέλος ἀνιχνεύσεων ξαυμάσιαι πολλοὶ συνορῶντες ὅτι καὶ τοῖς ἀληθῶς μακεδόσιν οἱ μέλλοιεν κρατεῖν, δίδοι τ' ἀλεξάνδρῳ τύχης.

ΤΟΙΣ δὲ ῥωμαίοις ἀρξαμένοις δωδεκάτῳ μηνὸς ἀρτεμισίου, σωτελίδη τὰ χώματα μόλις ἑπτὰ καὶ εἰκάδι, ταῖς δεκαπέντε συνεχῶς πονουμένοις ἡμέραις. μέγιστα γὰρ ἐχώθη τὰ τέσσαρα. καὶ θάτερον μὲν τὸ δεκὰ τὴν αὐτονίαν ὑπὸ τοῦ πομπίου τάγματος ἐβλήθη καὶ μέσον τῆς στρουθίου καλουμένης κολυμβήθρας. τὸ δ' ἕτερον ὑπὸ τοῦ δωδεκάτου διεστῶτος ὅσον εἰς πήχεις εἴκοσι. τοῦ δεκάτου δὲ τάγματι ὑπέχοντι πολὺ τούτων, καὶ βόρειον κλίμα τὸ ἔργον ἦν, καὶ κολυμβήθραν ἀμύγδαλον προσαγορευομένην. τούτου δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον ὀπὸ τριάκοντα πήχων ἔχον καὶ τὸ ἀρχιερέως μνημεῖον. προσαγομένων δ' ἤδη τῶν ὀργάνων, ὁ μὲν ἰωάνης ἔνδοθεν ὑπορύξας τὸ καὶ τὴν αὐτονίαν μέχρι τῶν χωμάτων, & ἀφλαβῶς σαυροῖς τοὺς ὑπονόμους, ἀνακρήμνησι τὰ ἔργα. πίσσῃ δὲ καὶ ἀσβέστῳ πῦρ, καὶ τῶν σαυρῶν ὑποκαιόντων ἥτε δοκὸς

σφάλτῳ δεδεσμισμένων ὕλην εἰσπομίσας,

διώρυξ ὑπέδυνεν ἀθρόα, καὶ μετὰ μεγίστου ψόφου A fossa repentè subsedit, cúmque magno sonitu
κατεσείσθη τὰ χώματα εἰς αὐτήν. τὸ μὲν οὖν πρῶ- in eam aggeres decidêre. ac primo quidem
τον μετὰ τῆς κονιορτοῦ καπνὸς ἐξήρετο βαθύς, πυρου- cum puluere fumus ex alto excitatus est, cùm
μένου τοῦ πλάσματος τοῦ πυρός. τῆς δ' ὑλικοῦσης ὕλης ignem ruina concluderet. peresa verò materia
διαβεβρωσκομένης δὴ φανερὰ φλὸξ ἐρρήγνυτο. καὶ τοῖς ρω- qua premebatur, flamma iam clarior appare-
μαίοις ἔκπληξις μὲν πρὸς τὸ αὐτίκα, ἀθυμία δ' πρὸς bat. Et Romanos repentini quidem facti stu-
τὴν ὕστερον ἐνέπιπτεν· καὶ κρατήσειν οἰομένοις, ἤδη τὸ por occupat: molitionem verò Iudæorum ægrè
συμβὰν καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἔψυξε τὴν ἐλπίδα· τὸ δὲ ferebant, iámque se vicisse credentium & spes
ἀμυνεῖν ἀχρεῖον ἐδόκει πρὸς τὸ πῦρ, καὶ εἰ σβεσθείη B eo casu refrixit, & in posterum subuenire ad-
ἅπαξ χώμασιν καταποθέντων. μετὰ δὲ ἡμέρας δύο, uersus ignem minus vtile videbatur, etiam si
καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπερπίπτουσι χώμασιν οἱ περὶ τὸν esset extinctus semel aggeribus deuoratis. Bi-
σίμωνα. καὶ γὰρ δὴ προσαγόντες ταύτη τὰς ἑλε- duo verò pòst, alios etiam aggeres Simon cum
πόλεις οἱ ῥωμαῖοι, διάσειον ἤδη τὸ τεῖχος. τε- sociis aggreditur. illa enim parte Romani ad-
φθαῖος δέ τις ὑπὸ γαρσὶς πόλεως τῆς γαλιλαίας, moris arietibus concutere murum cœperant.
καὶ μεγάσαρθος τῶν βασιλικῶν μυριάμμης θερά- Tephthæus autem quidam ex Garsi ortus, ciui-
πων, μεθ' ὧν ἀδιαβηνὸς τις υἱὸς ναβαταίου, τοὔνο- tate Galilææ, & Megassarus ex regalibus famu-
μα κληθεὶς ὑπὸ τῆς τύχης, καὶ ἀγαθὸς, ὅπερση- lis Mariamnes, cúmque his Adiabenus qui-
μαίνει χωλὸς, ἁρπάσαντες λαμπάδας, ἐνεπύρισαν dam, filius Nabatæi, nomen habens ex fortuna
ὑπὸ τὰς μηχανάς. τούτων τῶν ἀνδρῶν, οὔτε Agæ ras, cuius est interpretatio claudus, raptis
τολμηρότεροι κατὰ τὸν πόλεμον, ἐκ τῆς πόλεως C facibus in machinas euolarunt. hísque viris
ἐφάνησαν, οὐδὲ φοβερώτεροι. καθάπερ γὰρ εἰς φίλους neque audaciores in illo bello extra ciuitatem
ἐξ ἐχθρῶν, οὐ πολεμίων εἶδος, οὔτε ἐδύσαν, οὔτε apparuêre, neque magis horrendi. nam velut
ἐμέλλησαν, οὔτε ἀπέστησαν· ἀλλὰ διὰ μέσων ἐνθο- in amicos, non in agmen hostium excurre-
ρούντες τῶν ἐχθρῶν, ὑφῆψαν τὰς μηχανάς. βαλλόμε- rent, nihil cunctati sunt, aut subsitêre: sed per
νοι δὲ, καὶ τοῖς ξίφεσιν ἀναθρύπτοντες πάντοθεν, οὐ medios inimicos facto impetu, machinas in-
πρότερον ἐκ τοῦ κινδύνου μετέστησαν, ἢ δρᾴξα- cendêre. acti autem missilibus, & gladiis de-
σθαι τῶν ὀργάνων τὸ πῦρ. αἰρομένης δ' ἤδη τῆς φλογὸς, trusi, non prius à periculo demoti sunt, quàm
ῥωμαῖοι μὲν ὑπὸ τῶν σφετέρων σωμάτων ἐβοή- ignis instrumenta corriperet. Sublata verò iam
θουν· ἰουδαῖοι δ' ἐκ τοῦ τείχους ἐκώλυον, καὶ τοῖς σβεν- flamma, Romani quidè concurrêtes è castris,
νύειν παρασκευαζομένοις συνεπλέκοντο, καὶ μηδὲν τῶν ἰδίων auxilio properabant: Iudæi verò ex muro eos
φειδόμενοι σωμάτων. οἱ μὲν εἶλκον τὰς ἑλεπόλεις D prohibebant, manúsque cum his conferebant,
τῶν ἐπ' αὐτὰς χερμάδων ἐκ τοῦ πυρὸς φλεγομένων. οἱ qui flammas extinguere conarentur propriis
δ' ἰουδαῖοι, καὶ ἀπὸ τῆς φλογὸς μετελαμβάνοντο, καὶ τοῦ corporibus nullo modo parcentes. Et illi qui-
σιδήρου ζέοντος δρασσόμενοι τοῖς χερσὶν οὐ μαθόντων. dem arietes igni subtrahere, cùm eorum teg-
διέβαινε δ' ὑπὸ τούτων ὑπὸ τὰ χώματα τὸ πῦρ, καὶ τοὺς mina cremarentur: Iudæi verò etiam per flam-
ἀμυνοῦντας προσελάμβανεν. ἐν τούτῳ δ' οἱ μὲν ῥω- mas eos tetinere certabant. & quamuis feruens
μαῖοι κυκλούμενοι τῇ φλογῇ, καὶ τὴν σωτηρίαν τῶν ἔρ- nacti essent ferrum, tamen arietes non amisê-
γων ἀπογνόντες, ἀνεχώρουν ὑπὸ τὰ στρατόπεδα. ἰουδαῖοι E re. Hinc autem flamma transiit in aggeres, &
δ' προσέκειντο πλείους ἀεὶ γινόμενοι, τῶν ἔνδοθεν προσ- auxiliãtes præueniebat incendium. Itaque Ro-
βοηθούντων, καὶ τῷ κρατεῖν τεθαρρηκότες, ἀταμιεύτοις mani flamma circũdati, quoniam seruare pos-
ἐχρῶντο ταῖς ὁρμαῖς. προσελθόντες δὲ μέχρι τῶν ἐ- se opera desperabant, in castra discedunt. Iudæi
ρυμάτων, ἤδη συνεπλέκοντο τοῖς φεύγουσι. τάξις δ' ἦν verò magis instabant, cùm semper eorum nu-
ἐν ἀκαθάρτῳ ἰσταμένη, πρὸ δὲ στρατοπέδου μετὰ τῶν ὅ- merus crescceret, ex ciuitate accedentibus adiu-
πλων, καὶ δεινὸς ὑπ' αὐτῇ ῥωμαίων νόμος, τὸν ὑποχω- mentis, minúsque cautos haberent impetus,
ρήσαντα καθ' ἓν ὁπωστοῦν οὐκ ἀτίμως θνήσκειν. οὕτοι F freti victoria. progressi autem vsque ad muni-
τῷ μὴ κολάσεως τὸν μετ' ἀρετῆς θάνατον προκεί- menta castrorum prælio cum eorum custodi-
σαντες, ἴσασιν. ἐπὶ τοὺς τούτων ἀνάγκῃ, πολλοὶ bus decertabant. Est enim statio pro castris per
τῶν ἔμπροσθεν ἐπεστράφησαν αἰδούμενοι. ἀκαθάρτου vices succedentium armatorum, & acerbissima
δ' ἐν τοῖς ὀξυβελέσι ὑπὸ τὸ τεῖχος, εἴργον τὸ προσιὸν in eos sanctio Romanorum, vt qui loco de
πλῆθος ἐκ τῆς πόλεως οὐδὲν εἰς ἀσφάλειαν ἢ φυ- qualibet causa cessisset, occideretur. hi pœnali
λακὴν τῶν σωμάτων προνοούμενοι. συνεπλέκοντο γὰρ exitio glorioſa morte prælata, steterunt fortiter: eorúmque necessitate simul ac pudore, plurimi fugientium redierunt: balistísque in muro dispositis ex ciuitate accedentem multitudinem prohibebãt, nihil pro cautione siue tutamine suorum corporum prouidentem. nam quoscunque obuios habuissent, cum his congrediebantur Iudæi: & in spicula irruentes incautè, ipsis corporibus inimicos feriebant. Sed neque hi actis magis quàm fiducia superabãt, & Romani plus audaciæ quàm quod malè tractarentur, cedebãt. Iã verò Titus aderat ab Antonia, quò secesserat, locũ aliis aggerib. prospiciens: multúmq. increpatis militibus, si cũ hostiũ muros obtinerent, in suis periclitarentur,

οἱ ἰουδαῖοι τοῖς προσιοῦσι, καὶ ταῖς ἀκμαῖς ἀτυλά- G
κτους ἐμπίπτοντες, αὐτοῖς σώμασι τοὺς ἐχθροὺς ἔπαιον.
ἔστε γὰρ ἔργοις αὐτοὶ πλέον, ἢ τῷ θαρρεῖν ἔφερον. ἐπὶ
ῥωμαῖοι τῇ τόλμῃ πλέον εἶκον, ἢ τῷ κακοῦσθαι. παρὼν
δ' ἤδη τῶν ὑπὸ τῆς ἀντωνίας ὅπου κινήσειε, κα-
τὰ σκεπτόμενος τόπον ἄλλοις χώμασι καὶ πολλαὶ τοὺς στρατώτας φαυλίσας, οἱ κρατοῦντες τῶν
πολεμίων τειχῶν κατωκοδόμουν τοῖς ἰδίοις, καὶ πολιορκουμένων ὑπερέχουσιν αὐτοὶ τόχλῳ,

& velut ex carcere cõtra ſe dimiſſis Iudæis, obſeſſorũ paterẽtur ipſi fortunã, ipſe cũ electis militibus hoſtes à latere circumuenit, illi autẽ cũ in ora feriẽtur, contra eũ conuerſi durabant. mixta verò acie, puluis quidẽ lumina, clamor verò aures exuperabat, neq. aut amicũ quiſquã internoſcere poterat, aut inimicũ. Iudæis autẽ non tãtũ viriũ fiducia, quantum ſalutis deſperatione perſeuerantibus, etiam Romanos pudor armorum & gloriæ, & præſentia periclitãtis Cęſaris reddidit fortiores. Itaq. putauerim eos ad extremũ nimia ferocitate animorũ, vel totam multitudinẽ Iudæorum fuiſſe rapturos, niſi præuento pugnæ momento, in ciuitatẽ ſe recepiſſent. Corruptis autem aggeribus Romani mœrore tenebantur, quòd tam longũ laborem vna hora perdidêre, & multi quidẽ ſolutis machinis captũ iri ciuitatem iam deſperabãt.

Cap. XIII. De muro extructo ab exercitu Romano circũ Hieroſolymam triduo.

TItus autẽ cum ducibus quid fieret deliberabat. Et calidioribus quidẽ placebat, omni admoto milite vi muros experiri: adhuc enim Iudæos cũ exercitus parte dimicaſſe, vniuerſi verò militis impetum tolerare non poſſe, verùm ſagittis eſſe obruendos. Prudẽtiores autem rurſus aggeres fieri ſuadebant: alij & ſine aggeribus aſſideri, egreſſus eorũ tantummodo obſeruando, ac ne victus intro ferretur monebant, & ciuitatẽ fami relinquere, neq. cum hoſte manu cõfligere: nec. n. expugnari eorũ confidentiam poſſe, quibus optatũ eſt ferro procũbere, vel etiã ſine hoc interficere, quę ęquior eſt cupiditas. Ipſi autem Tito, ceſſare quidẽ prorſus tanto cũ exercitu, honeſtũ non videbatur: & pugnare cũ his ſuperuacuũ, qui ſemetipſos perdituri eſſent. Aggeres autẽ fieri, impendiorũ penuria operoſum iudicabat, egreſſus verò ciuitatis obſeruari, operoſius. Nec enim circundari eã propter magnitudinẽ locorúmq. difficultatẽ, ab exercitu poſſe, & præterea ad excurſus incautũ: cõtra manifeſtam. n. viam obſeruatam, occultas vias excogitaturos Iudæos, tã neceſſitate quàm locorũ ſcientia. Si quid autẽ clã eſſet illatũ, diutiùs obſidionem trahendã, verẽdúmq. ne victorię gloriam diminuat temporis longitudo. Hæc. n. cuncta quidem effici poſſe, ſed celeritatẽ ante gloriam ducẽ debere tamen ſi celeritate vti velit & cautione, totã muro cingere ciuitatẽ. Hoc. n. modo omnes exitus poſſe præcludi: & Iudæos aut omnibus modis ſalute deſperata, ciuitatẽ tradituros, aut fame victos facillimè capiẽdos. aliter. n. ſe nó poſſe quieſcere. Verũ & aggeres curaturũ eſſe, cũ infirmiores habeat, qui prohibeãt. Quod ſi cuiquã magnũ op⁹ & inextricabile videatur, eũ cõſiderare debere, ꝙ neq. paruũ opus Romanos deceat facere: & ſine labore magnum quid perficere, ne Deo quidem facile ſit. His dictis duces exhortatus, iubet eos exercitus in opera diſtribuere. Diuinus autẽ quidã impetus militib. incidit: ambitúmq. partiti, nõ ſolũ rectores inter ſe, verùm ipſi etiam ordines certabant. Et miles quidem decadarcho, decadarchus autem hecatõtarcho, íſq. chiliarcho placere properabat: chiliarchorum verò oſtentatio ad duces vſq. pertinebat,

Κεφλα.

Τῖτος ὁ μὲν τῇ ἡγεμόνων ἐβουλεύετο· τοῖς μὲν θερμοτέροις, πᾶσαν ἐδόκει προσαγόντα τὴν δύναμιν, ἐπιτίθεσθαι τῷ τείχει βίᾳ. μέχρι μὲν γὰρ νῦν κατάπαυσμα Ἰουδαίους τῆς σπάσεως συμπεπλέχθαι· προσιόντων ὁ ἀθρόων, οὐδὲ τὸν ἐφοδον ὅσην, καταχωννύσεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν βελῶν. τῇ δ ἀσφαλεστέρᾳ, οἱ μὲν καὶ τὰ χώματα ποιεῖν πάλιν· οἱ δ καὶ δίχα τούτων προσκαθέζεσθαι μόνον φυλάττοντας, τάς τε ἐξόδους αὐτῶν, καὶ τὰς εἰσομιδὰς τῶν ἐπιτηδείων παρήνουν, καὶ τοῦ λιμοῦ καταλιπεῖν τὴν πόλιν, μηδὲ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις. ἄμαχον γὰρ εἶ τὴν ἀπόγνωσιν, οἷς δίκη μὲν τοῦ σίδηρου πεσεῖν, ἀπόπειραν δ καὶ δίκα τούτου, πάθος χαλεπώτερον αὐτοῦ δ τὸ μὴ ἀρχῆν καθόλου μὴ τοσαύτης δυνάμεως, ὑπ ἐδόκει φρέπειν, καὶ τὸ μάχεσθαι φειδωτὸν, φεὺς ἀλλήλων φθαρησομένους. βάλλεσθαι δ χώματα, δύσεργον ἀπόφασιν, ὕλης ἀπορία, καὶ τὸ παραφυλάττειν τὰς ἐξόδους, δυσεργότερον. κυκλώσεσθαί τε γὰρ τῇ σπάσᾳ τὴν πόλιν, δι᾽ μέγεθος καὶ δυχωρίαν, ὐκ ἐμαρὲς εἶ, καὶ σφαλερὸν ἄλλως φεὺς τὰς ἐπιθέσεις· τῇ δ φανερῶν φυλαττομένων, ἀφανεῖς ἐπινοεῖσθαι Ἰουδαίοις ὁδοὺς, κατά τε αὐλῶνας καὶ δι᾽ ἀμπελείας. εἰ δ τι λάθοι παρεισπομπήσειτο, ῥιζοῦν ἔσεσθαι πλείω τῇ πλιορκίᾳ, δηλέναι τε μὴ τὸν δῆμον τῇ κατορθώσει αὐτῶ τὸ μῆκος ἐλαττώσῃ τῇ χρόνου. Οὕτω γὰρ εἶ) παῦ αὐσιμον. φεὺς δ τῆς δίκλειας τὸ τεῖχος. δεῖν μέν γε εἰ καὶ τοῦ τεῖχ μετ᾽ ἀσφαλείας βέλτιστο χρήσασθαι φειτειχίζειν ὅλην τὴν πόλιν. μόνως γὰρ ὕτως αὖ πάσας ἀποφεύξαι ταῖς ἐξόδους καὶ Ἰουδαίους ἢ φεὺς ἅπαντα ἀπογνόντας ἢ σωτηρίαν, παραδόσθαι ἢ πόλιν ἢλιμωττοντας χρεοθήσεσθ ῥᾳδίως. ἐδὲ γὰρ ἠρεμήσθαι αὐτοὺς ἄλλως. ἄλλα καὶ τῇ χωμάτων ἀπομελήσεσθαι πάλιν, χρῆμον τοῖς κωλύσιν ἀπωτέρους. εἰ δ τοῦ μέγα δοκεῖ καὶ δυσπιτον τὸ ἔργον, χρῆναι σκοπεῖν, ὡς ὕτω ῥωμαίοις τὶ μᾶλλον ἐφρῆν φρέπει, ἢ δίκα πόνου κατορθῶν τι τῶν μεγάλων οὐδὲν ῥᾴδιον, ἀλλ᾽ ἢ θεοῦ μόνῳ. τούτοις πείσας τοὺς ἡγεμόνας, ἄγειν μὲν ἐπὶ λόφου τὰς δυνάμεις ὅπῃ τὸ ἔρυμα. ὁρμὴ δ᾽ τῆς ἐμπίπλει δαιμόνιος τοὺς σπαπώτας, καὶ μερισθέντων τ φείσολον, ἐ μόνον φεὸς τάσματα ἦν ἔεις, ἀλλὰ καὶ τ ἐν αὐτοῖς τάξεων φρὸς ἀλλήλας. καὶ σπαπώτης μὲν δεκαδάρχην. δεκαδάρχης ὁ ἑκατοντάρχην, ἑκατ ὁ ἐπ᾽ ἐδαζιναρίσεσθ χιλίαρχον τ ὁ χιλιάρχων ὅπῃ τοὺς ἡγεμόνας ἔπεινεν ἡ φιλοτιμία. καὶ τ ἡγεμόνων τ ἀμιλλαί,

ἐβεά-

ἐβράβευε καὶ σαφῶς ἐδείκνυ. ἐδὲ αὐτὸς ἐκάστης ἡμέρας πολλάκις, ἐπισκοπῶν τὸ ἔργον. ἀρξάμενος δ' ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων παρεμβολῆς, καθ' ἣν αὐτὸς ἐστρατοπεδεύσατο, ἐπὶ τὴν κατωτέρω καὶ πόλιν, ἦγε τὸ τεῖχος. ἔνθεν δὴ διὰ τοῦ κέδρωνος ἐπὶ τὸ ἐλαιῶν ὄρος, εἶτα ἀνακάμπτων πρὸς μεσημβρίαν ἐφέλκεται τὸ ὄρος, ἄχρι τοῦ ἐφεστῶτος καλουμένης πέτρας, τὸν τε ἑῷον λόφον ὃς ἐπίκειται τῇ κατὰ τὴν σιλωὰμ φάραγγι, κἀκεῖθεν ἐπικλίνας πρὸς δύσιν, εἰς τὴν τῆς πηγῆς κατῆκε φάραγγα. μεθ' ἣν ἀναβαίνων κατὰ τὸ ἀνάντες τοῦ ἀρχιερέως μνημεῖον, εἶτ' ἐκβαλὼν τὸ ὄρος, ἔνθα πομπήϊος ἐστρατοπεδεύσατο, πρὸς κλίμα βόρειον ἐπέστρεφε. καὶ προσελθὼν κώμης (ἐρεβίνθων οἶκος καλεῖται) καὶ μετ' ἐκεῖνο τὸ ἡρῴδου μνημεῖον ἐφεξῆς κατ' ἀνατολὰς τῷ ἰδίῳ στρατοπέδῳ συνῆπτεν. ὅθεν πᾶν ἦρξατο. τὸ μὲν οὖν τεῖχος ἐνὸς δέοντος τεσσαράκοντα σταδίων ἦν, ἔξωθεν δ' αὐτῷ προσῳκοδομήθη ξύλινα δέκα φρούρια· καὶ τούτων αἱ κύκλῳ δέκα συνεμετρήθησαν σταδίων. ξύλινα δ' ὠκοδομήθη τὸ πᾶν ἡμέρας. ὡς τὸ μὲν ἔργον, μᾶλλον εἰς ἄξιον, τὸ δὲ τάχος ἐπίστευσε πίστεως. ἐφειλείσας δὲ τῇ τάχει τὴν πόλιν, καὶ δύο μὲν τοῖς φρουρίοις ἐγκατέστησας, τὴν μὲν ἑσπέριον φυλακὴν τὴν νυκτὸς ἐφεῖτο αὐτὸς ἀπεσκίπτετο· τὴν δευτέραν δὲ ἐπέτρεψεν Ἀλεξάνδρῳ, τὴν τρίτην δὲ ἔλαχον οἱ τῶν ἑτέρων ἡγεμόνες. διεκληροῦντο δ' οἱ φύλακες τοῖς ὕπνοις, καὶ δι' ὅλης νυκτὸς περιήεσαν καὶ διάστημα τῶν φρουρίων.

Κεφ. λϛ. Ἰουδαίοις δὲ μὲν τῶν ἐξόδων, ἀπεκόπη πᾶσα σωτηρίας ἐλπίς· καὶ βαθύνας ἑαυτὸν ὁ λιμὸς κατ' οἴκους καὶ φυλὰς τὸν δῆμον ἐπεβόσκετο. καὶ τὰ μὲν τέγη πεπλήρωτο γυναικῶν καὶ βρέφων λελυμένων· οἱ στενωποὶ δὲ γερόντων νεκρῶν. παῖδες δὲ καὶ νεανίαι διοιδοῦντες ὥσπερ εἴδωλα καὶ τὰς ἀγορὰς ἐπελόμων· καὶ κατέπιπτον, ὅπη τινὰ τοῦ πάθους καταλαμβάνοι θάπτειν τε τοὺς φθάσαντας, οὔτε ἴσχυον οἱ κάμνοντες, καὶ τὸ διστονοῦν, ὥκνει δέ τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, καὶ τὸ κατ' σφᾶς ἄδηλον. πολλοὶ γοῦν τοῖς ὑπ' αὐτῶν θαπτομένοις ἐπαπέθνησκον. πολλοὶ δ' ὅτι τὰς θήκας, πρὶν ὁλοκλῆσαι τὸ χρεὼν ἐφῆλθεν. οὔτε δὲ θρῆνος ἐν ταῖς συμφοραῖς, οὔτ' ὀλοφυρμὸς ἦν, ἀλλ' ὁ λιμὸς ἤλεγχε τὰ πάθη. ξηραῖς γὰρ τοῖς ὄμμασι, καὶ σκυθρωποῖς τοῖς σώμασιν οἱ δυσθανατοῦντες, ἐφέροντο τοὺς φθάσαντας ἀναπαύσασθαι. βαθεῖα δὲ τὴν πόλιν ἐφεῖχε σιγὴ, καὶ νὺξ θανάτου γέμουσα, καὶ τούτων οἱ λῃσταὶ χαλεπώτεροι. τυμβωρυχοῦντες γὰρ τὰς οἰκίας, ἐσύλων τοῖς νεκροῖς, καὶ τὰ καταπεκαλύμματα τῶν σωμάτων ἐφαπτῶντες, μὴ γέλωτος ἔξηισαν, τάς τε αἰχμὰς τῶν ξιφῶν ἐδοκίμαζον ἐν τοῖς πτώμασι. καί τινας τῶν ἐρρυμμένων ἔτι ζώντας ἐπέλαιον ὅπως πεῖρα τῆς σιδήρου. τοῖς δὲ ἱκετεύουσι χρῆσαι σφίσι δεξιᾷ καὶ ξίφος, τῆς λιμοῦ κατέλιπον ὑφηφαιροῦντες. καὶ τῶν σκηπτούχων ἕκαστος ἀτιμίας εἰς τὸν ναὸν, ἀφιέσαν τοῖς στασιασταῖς ζῶντας ἐπολιπόν. οἱ δὲ τὸ μὲν ἔφθορον ἐν τῷ δημοσίῳ θησαυρῷ τοῖς νεκροῖς θάπτειν ἐκέλευον, τὴν ὀσμὴν οὐ φέροντες· ἔπειθ' ὡς οὐ διήρκουν, ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐρρίπτουν εἰς φάραγγας. ἐπεὶὼν δὲ ταύτας ὁ Τίτος ὡς ἐθεάσατο πεπλησμένας τῶν νεκρῶν, καὶ βαθὺν ἰχῶρα μυδῶντων τὸν ὑποῤῥέοντα τῶν σωμάτων,

A ducum verò certamina Cæsar ipse diiudicabat. In dies enim singulos circuiens, opus æquissime inspiciebat. Cœptum enim à castris Assyriorum, vbi ipse tendebat, ad inferiorem Cænopolim murum duxit. Hinc per Cedronem ad Elcôn montem reuertens, à meridie montem complectitur, vsque ad saxum quod Peristereonos vocatur, eique proximum collem, qui super vallem imminet Siloam, ac inde ad Occidentem flexo ædificio, ad vallem
B Omnibus autem ita donatis, vt quisque se meritum præbuerat, votísque cum vniuerso exercitu factis, magno fauore descendit vertítque se ad sacra pro victoria celebranda: magnáque astante boum multitudine circum aras, immolatos omnes exercitui dedit ad epulas, ipse verò cum honoratis per triduum lætatus, milites quidem alios quò quenque conueniret, dimittit. Hierosolymorum autem custodiam decimæ legioni credit: neque ad Euphratem, vbi
C pridem fuerat, eam remisit. Duodecimam verò legionem, memor quòd Cestio duce Iudæis cesserat, totam Syria pepulit: erat enim olim apud Raphanæas: ad Meliten autem, quæ sic vocatur, misit: Hęc ad Euphratem in confinio Armeniæ & Cappadociæ sita est. duas verò sibi obsequi satis esse duxit, donec ad Ægyptum peruenirent, quintam & quintamdecimam legiones. Deinde cùm ad maritimam Cæsaream cum exercitu descendisset, in eam manubia-
D rum multitudinem reposuit, captiuósque ibi asseruari præcepit, quòd ad Italiam nauigare tempus hyemis prohibebat.

Cap. xx. De nauigatione Vespasiani, deque compendio Simonis & spectaculo die natali. exhibito.

PEr idem verò tempus, quò Titus Cæsar obsidionis causa apud Hierosolymam commorabatur, ascensa naui oneraria Vespasianus Rhodum transmittit. Hinc autem vectus triremibus postquam omnes quas præter nauigauit ciuitates inuisit, ab his cum votis exceptus, in Græciam ex Ionia transit. Egressus deinde
E Corcyra in Iapygiam delatus est, vnde iam terra iter agebat. Titus autem ex maritima Cæsarea reuersus in Cæsaream, quæ Philippi vocatur, aduenit, diúque vbi commorabatur, celebrans omnia genera spectaculorum: multíque in ea captiui consumpti sunt, alij bestiis obiecti, alij autem cateruatim more hostium inter se depugnare coacti. Hic Simonem etiam Giorę filium comperit hoc modo comprehensum. iste Simon cum Hierosolyma obsideretur,
F in superiore ciuitate constitutus, postquam muros ingressus exercitus totam vastare ciuitatem cœperat, tunc fidelissimis amicorum ascitis, & lapidariis cum ferramentis eorum necessitati congruis, & alimentis quæ multis diebus sufficere possent, vnà cum illis omnibus in quandam occultiorem cloacam sese demittit. & quoad fossa patebat, illi progrediebantur: vbi verò soliditas obstitisset, eam suffodiebant, sperantes posse vlterius progressos turò emergere, atque ita seruari. Sed hanc expectationem veram non esse, rei periculum refellebat.
G

Vix enim paululum fossores processerant, iamque alimenta, quamuis parcè his vterentur, eos deficiebant. tunc igitur velut stupore posset Romanos fallere, albis tunicis, innexáque fibula, ac chlamyde purpurea indutus, illo in loco ex terra editus vbi templum antea fuerat apparuit. Ac primo quidem obstupuêre, qui eum viderunt, locíque suis manebant, deinde propius cùm accessissent, quis esset, percontari sunt. & id quidem Simon non dicebat. iubebat autem ad se ducem vocari; statimque accersitus ab his, qui ad eum cucurrerant, venit Terentius Rufus: namque is rector militiæ relictus erat. Omni autem ab eo veritate comperta, ipsum quidem vinctum custodiebat: Cæsari verò quemadmodum esset comprehensus, indicauit. Simonem quidem in vlrionem crudelitatis, qua in ciues suos amarè ac tyrannicè fuerat vsus, in potestate hostium quibus maximè inuisus erat ita Deus posuit, non vi subditum eorum manibus, sed sua sponte ad supplicium adductum: propterea quòd plurimos ipse crudeliter interemerat falsis criminationibus insimulatos, defectionis scilicet ad Romanos. Nec enim potest iram Dei effugere nequitia, nec inualida res est iustitia; sed quandoque sui temeratores vlciscitur, & grauiorem pœnam ingerit criminosis, cùm iam se liberatos esse crediderint, eo quòd non statim luêre commissa. Id etiam Simon didicit, postquam in iras Romanorum incidit. Illius autem ascensus è terra, magnam etiam aliorum seditiosorum multitudinem iisdem diebus fecit in cloacis deprehendi. Cæsari autem maritimam Cæsaream reuerso, vinctus Simon oblatus est. & illum quidem triumpho, quem Romæ acturus erat, seruari iussit. Ibi autem moratus, fratris sui natalem diem clarissimè celebrabat, multam partem damnatorum eius honori attribuens. Numerus enim eorum, qui cum bestiis depugnarunt, quíque ignibus cremati sunt, & inter se digladiatores periêre, duo millia quingentos excessit. Omnia tamen Romanis videbantur hęc licèt mille modis illi consumerentur, minus esse supplicij. Postea Cæsar Berytum venit (hæc autem est ciuitas Phœnices prouinciæ, colonia Romanorum) & in hac quoque diutius demoratus est, maiore vsus claritudine circa natalem patris diem, tam magnificentia spectaculorum, quàm sumptibus aliis excogitatis, cùm etiam captiuorum multitudo eodem quo antea modo periret.

CAP. XXI. De calamitate Iudæorum apud Antiochenses.

EVenit autem per idem tempus, Iudæos, qui apud Antiochiam reliqui erant, acerba & exitiosa pericula perpeti, concitata in eos Antiochensium ciuitate, tam propter criminationes illatas eis in præsentia, quàm propter ea, quæ fuerant non multo antè commissa. De quibus necessarium mihi videtur pauca prædicere, vt etiam quæ postea gesta sunt, consequẽti narratione referamus. Iudæorum namque gens multum quidem totius orbis indigenis asseminata est. Plurimum autem Syris vicinitate permixta, præcipuè apud Antiochiam versabatur, propter magnitudinem ciuitatis,

Ἰουδᾶι δὲ τὴν ἐλπίδα ἐπέλεγχον ἡ πεῖρα τῆς ἔργου. ὀλίγου τε γὰρ μόλις ἐφεύβαινον οἱ μεταλλεύοντες ἅτε ξοφὴ καὶ τοὺς ταμιευομένους, ἤμελλον ἐπιλείψειν. τότε δὴ τύπον ὡς δὴ ἐκπλήξεως ἀπατῶσι τοὺς ῥωμαίους δυσπρόσοπος, λάθρᾳ τοῖς ἐνδιδύσκει χιτωνίσκοις, καὶ πορφυρᾶν ἐμπερονησάμενος χλανίδα, κατ' αὐτὸν ἐκφαίνει τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ ἱερὸν λαὸν ἐφέδρευε, ἐκ γῆς ἀναφανείς. τὸ μὲν οὖν πρῶτον τοῖς ἰδοῦσι θάμβος ἐφύπτιον, καὶ καθ' ἓν χώρημα ἕμφρον, ἔπειτα δὲ ἐγγύτερον προσελθόντες, ὅς τις ἔξω ἦν ἐπύθοντο. καὶ τέως μὲν οὐκ ἐθέλων αὐτοῖς, καλεῖν δὲ τὸν ἡγεμόνα προσέταττε· καὶ ταχὺς ἐφ' αὐτὸν ἐφαμίλλων, ἵνα τυράννου ῥοῦφος· ἦν γὰρ ἀρχὴν τῆς στρατιᾶς καταλείπων. τὸν δὲ θάμβος τε ἐπὶ αὐτῷ πᾶσιν εἶναι, τὸν μὲν ἐφυλάττε δεδεμένον, κρίσει δ' ὅπως τ' ἂν συνειλημμένος ἐθέλοι. σίμωνα μὲν οὖν εἰς δίκην τῆς κατὰ τῆς πολιτῶν ὠμότητος, ὧν πρόσθεν αὐτὸς ἐν ἐφόνευσεν ὑπὸ τοῖς μάλιστα μισοῦσι πολεμίοις, ἐποίησεν ὁ θεός, οὐ βίᾳ χειρούμενον αὐτὸς ὑπαχθέντα, ἀλλ' ἑαυτὸν ἑκουσίως εἰς τὸν τιμωρίαν ἐμβαλόντα, δι' ὃ πολλοὺς αὐτὸς οἰκείως ἀπέκτεινε, ψευδεῖς αἰτίας ἐπιφέρων τῆς πρὸς ῥωμαίους μεταβολῆς. οὐ γὰρ ἐξεφεύγῃ ποτὲ ἂν θεοῦ χόλον, οὐδὲ ἀδίκητοι δίκην χρόνῳ δὲ ῥᾴστοι τοὺς εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτόντας, καὶ χαίρων τὸν τιμωρίαν ἐπιφέρει τοῖς πονηροῖς, ὅτι μὴ προσωδύνησεν αὐτῆς ἀπηλλάχθαι, μὴ ἐξαυτίκα κολαζόντας. ἤγετο τοῦτο μὲν ὑπὸν εἰς τὰς ῥωμαίων ὀργὰς ἐμπεσών. ἡ δὲ ἐκείνου γῆθεν ἔξοδος, πολὺ καὶ τῆς ἄλλων συστάσεων πλῆθος ὑπ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, ἐν τοῖς ὑπονόμοις φωραθὲν πυρπολῆσαι. ἐμοὶ μὲν εἰς τὰ ἐξαίφνης ἐπαναλθόντα χαρακώματα, ὑπὸν ἐφοσιδήθη λῃστρικὸν. τοιοῦτον μὲν εἰς ὀλιγοπλοΐαν ἐν ἡμέρᾳ πεφρασμένῃ ἀζώ θεμένου προσέταξε φυλάττειν.

Κεφ. ι.

ΔΕξίλεων δ' αὐτόθι τὸν ἀδελφὸν ἠμύναν ἡμέρων ὑπαφανῶς ἐώρταζε, πολὺ καὶ τῆς τῶν ἰουδαίων πολάσεως εἰς τὸν ἐκείνου πάθη ἀπαιθείς. ὁ γὰρ ἀειθμὸς τῆδ' ἔτη ταῖς πρὸς τὸ θηρίον μάχαις, καὶ τῇ κατατμηθέντων μιᾷ, ἵνα ταῖς ἀλληλοκτονίαις αἱματοσυμβόλων, πεντακοσίους δὴ τοῖς δισχιλίους ἐφέβαλε. πάντα μὲν τοι ῥωμαίοις ἐδόκει τιμᾶσθαι, μᾶλλον αὐτῶν ὑπαλλυμένων τρόπος, ἢ λάσεως ἕξιν. μετὰ τοῦτο καίσαρ εἰς βηρυτὸν ἦκεν. ἡ δὲ ἔξω ἐν τῇ φοινίκῃ, πόλις ῥωμαίων ἄποικος· καὶ ταύτῃ χειμασέρων ἐποήσατο τὴν διατριβήν, πλείονι χρόνῳ τῇ λαμπρότητι, ἅτε τὴν τῆς πατρὸς ἡμέρᾳ ἑορτάζων, ἵνα ταῖς τῶν θεωρῶν πολυτελείαις, καὶ ἐξ' ἄλλου δαπάναι τῶν ἄλλων ἀναλωμάτων. τὸ δὲ πᾶν ἀξιμαλάστων πλῆθος, τὸν αὐτὸν ζόφον εἰς ἀφάνειαν ἀπόλλυτο.

Κεφ. ιά.

ΓΕνέσθαι δ' οὐκ ἄνευ θεοῦ τὸν χειμῶν τοῦτον καὶ τοῖς ἐν ἀντιοχείᾳ τῶν ἰουδαίων πολιτεύμασιν, ἐπιλείμματα καὶ κίνδυνον ὀλίθρου, τῆς πόλεως ἐπ' αὐθέτει τῶν ἀποικίων ἐπιφερόμενον· δεῖ τε τὰς ἐν τῷ παρόντι δυσβολοὺς αὐτοῖς ἐπενεχθείσας, καὶ δεῖ τὰ προϋπηργμένα χρόνῳ πρόσθεν οὐ πολλῷ. ὅθεν ἀναγκαῖον ἔδοξ' εἶναι σωτόμως προσενεγκεῖν, ἵνα καὶ τῶν μὴ παρόντα ἀφικνῆται, ἀκολουθῶς ποιήσωμαι τὴν διήγησιν. τὸ γὰρ ἰουδαίων ἔθνος, πολὺ μὲν καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπαρίσταται ταῖς ἐπιμιξίαις· πλεῖστον δὲ τῇ συρίᾳ καὶ τὴν γειτνίασιν ἀναμεμιγμένον ὁξαιρέτως δ' ὅλῃ τῆς ἀντιοχείας ἦν πολύ, διὰ τὸ τῆς πόλεως μέγεθος,

μάλιστα

μάλιστα δ' αὐτοῖς ἀδειαν τὴν ἐκεῖ καθίκησιν, οἱ μετ' A
ἀντίοχον βασιλεῖς παρέχον. ἀντίοχος μὲν γὰρ ὁ κληθεὶς
Ἐπιφανὴς, ἱεροσόλυμα πορθήσας τὸν λαὸν ἐσύλησεν. οἱ
δὲ μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν λαβόντες, τῶν ἀ-
ναθημάτων ὅσα χαλκᾶ ἦν ἐποίλωσε, πάντα τοῖς ἐπ' ἀν-
τιοχείας Ἰουδαίοις ἀπέδοσαν, εἰς τὴν συναγωγὴν αὐ-
τῶν ἀναθέντες, καὶ συνεχώρησαν αὐτοῖς ἐξ ἴσου τῆς
πόλεως, τοῖς Ἕλλησιν μετασχεῖν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ
τῶν μετὰ ταῦτα βασιλέων αὐτοῖς προσφερομένων, εἰς B
τε τὸ πλῆθος ἐπιδόντων, καὶ τῇ κατασκευῇ, καὶ τῇ πο-
λυτελείᾳ τῶν ἀναθημάτων τὸ ἱερὸν ἐξελάμπρυναν,
ἀφ' ἑτέρου προσαγόμενοι τοῖς θρησκείαις πολὺ πλῆθος
Ἑλλήνων, κἀκείνοις τρόπῳ τινὶ μοῖραν αὐτῶν ποιοῦν-
των. καθ' ὃν δὲ καιρὸν ὁ πόλεμος ἀνεκηρύχθη, νεωστὶ
δὲ εἰς τὴν συνήθειαν οὐσαν ἀσιανὸς καταπεπλεύκει, τὸ
δὲ καθ' ἡμῶν Ἰουδαίων ἅπασι πᾶσιν ἦν μισος, τότε
δή τις αὐτόχθων ἐξ αὐτῶν τὰ μάλιστα ἀφ' ὧν πα-
τέρα τιμώμενος, ἦν γὰρ ἄρχων τῆς ἐπ' ἀντιοχείας Ἰου- C
δαίων, τῷ δήμῳ τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησιάζοντος, εἰς τὸ
θέατρον παρελθὼν, τόν τε πατέρα τὸν αὑτοῦ, & τοὺς ἄλ-
λους ἐνδήμους κατηγόρει, ὅτι νυκτὶ μιᾷ καταπρήσαι
τὴν πόλιν ἅπασαν διεγνώκεισαν· καὶ παραδίδου ξένους
Ἰουδαίους τινὰς, ὡς κακοιωνητικοὺς τῇ βουλομένων. ταῦτα δὲ ἀκούων ὁ δῆμος τὴν ὀργὴν οὐ κατέσχεν,
ἀλλ' ὅτι μὲν τοῖς παραδοθεῖσι, πῦρ ἐνδοὺς ἐκέλευον
κομίζειν· καὶ παραχρῆμα πάντες ὅτι τῷ θεάτρου κατε-
φλέγησαν. ἐπὶ δὲ τὸ πλῆθος ὥρμητο καὶ τῶν Ἰουδαίων· D
ἐκ τοῦ τάχους ἐκείνους τιμωρίᾳ φθάσαλεῖν, τὴν αὐτῶν
πατρίδα σώζειν νομίζοντες. ἀντίοχος δὲ προσπίπτειν τὴν
ὀργὴν, φθορὰ μὲν τῆς αὐτοῦ μεταβολῆς, καὶ τὸ μεμισηκέ-
ναι τὰ τῶν Ἰουδαίων ἤθη, τεκμήριον ἐμποιῶν οἰόμε-
νος τὸ ὁπλίσειν, ὥσπερ νόμος ἦν τοῖς Ἕλλησιν· ἐκέλευε
δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ταυτὸ ποιεῖν· ἀναγκάζειν· φανερὸς
γὰρ γίνεσθαι τοῦ μὴ θέλειν, τοὺς ὁπλοβουλεύτους.
χωρούντων δὲ τῇ πείρᾳ τῶν ἀντιοχέων, ὀλίγοι μὲν ὑπε- E
μειναν· οἱ δὲ μὴ βουληθέντες, ἀνῃρέθησαν. ἀντίοχος δὲ
στρατιώτας φθορὰ τῶν ῥωμαίων ἡγεμόνος λαβὼν, χαλε-
πὸς ἐφειστήκει τοῖς αὐτοῦ πολίταις, ἀργεῖν τὴν ἑβδόμην
οὐκ ὑπεῖκεν, ἀλλὰ βιαζόμενος πάντα ποιεῖν, ὅσα
καὶ τὰς ἄλλας ἡμέρας. οὕτω τε τὴν ἀνάγκην ἰσ-
χυρὰν ἐπέθηκεν, ὡς μὴ μόνον ἐπ' ἀντιοχείας καὶ λυθῆ-
ναι τὴν ἑβδομάδα ἀργὴν ἡμέραν, ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀρ-
ξαμένην τοῦ ποιεῖσθαι, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ὁ- F
μοίως, βραχύν τινα χρόνον. τοιοῦτον δὴ τοῖς ὅτι ἐν ἀν-
τιοχείᾳ Ἰουδαίοις τῇ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κα-
κῶν γενομένων, δυστυχὲς πάλιν συμφορὰ προσέπεσε,
φθόνῳ ἀφηνιάσαντες ὁπλισάντες, καὶ ταῦτα διεξέλ-
θομεν. ἐπεὶ γὰρ συνέβη καταφρονεῖσθαι τὴν τοῦ ἀγω-
νος ἀγορὰν, ἀρχεῖα τε καὶ γραμματοφυλάκιον, καὶ τὰς
βασιλικὰς, μόλις τε τὸ πῦρ ἐκωλύθη μὴ πολλῆς βίας,
ὅτι πᾶσαν τὴν πόλιν φθαρησόμενον. ταύτην ἀντίοχος τὴν
φθορὰν Ἰουδαίων κατηγόρει καὶ τοὺς ἀντιοχεῖς, εἰ καὶ μὴ G
φθόνου ἦν πρὸς αὐτοὺς ἀπειθοῦς, τάχιστα τῇ ἀβα-
βολῇ φθορᾷ τὴν ἐκ τοῦ συμβεβηκότος ταραχὴν ὑπαχθέν-
τας, πολὺ μᾶλλον ἐκ τῶν προϋπηργμένων τοῖς ὑπ'
αὐτοῦ λεγομένοις, πιστεύειν παρεσκεύασεν, ὡς μόνον οὐκ
ἐκ' αὐτοὺς τὸ πῦρ ἐκκαύσαντας ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐωραπό-

maximè verò his liberam domicilij facultatem reges, qui post Antiochum fuerant, præbuerunt. Namque Antiochus quidem, qui Epiphanes dictus est, vastatis Hierosolymis templum spoliauit. Qui verò post eum regnum assecuti sunt, quicquid æneum in donariis fuit, hoc Iudæis apud Antiochiam degentibus reddidêre, in eorum synagoga dedicatum: concessêruntque, vt pari cum Græcis iure ciuitatis vterentur. A secutis quoque postea regibus eodem modo tractati, & multitudine profecêre, & extructione, itémque magnificentia munerum templum clarius reddidêre: sempérque religione sibi sociantes magnam paganorũ multitudinem, etiam illos quodammodo sui partem fecêre. Quo tempore autem bellum fuerat conclamatum, & recèns in Syriam Vespasianus delatus est nauigio, Iudæorum verò odium apud omnes pullulabat, tunc vnus eorum Antiochus quidam plurimum patris causa honorabilis (erat enim princeps apud Antiochiam Iudæorum) cùm Antiochensium populus concionaretur in theatro, progressus in medium, patrem suum & cæteros deferebat, insimulans eos, quòd vna nocte totam ciuitatem incendere statuissent: & velut huius consilij participes quosdam hospites Iudæos tradidit. His autem auditis, populus iram cohibere non poterat: sed in eos quidem, qui traditi fuerant, ignem iussit afferri: statímque omnes in theatro concremati sunt. In multitudinem verò Iudæorum properabat irruere: si eos celeriter vlti essent, patriam suam seruatum iri existimantes. Antiochus autem iracundiam magis accendere, mutatæ voluntatis argumentum, quódque Iudæorum mores odisset, exhibere se credens, si paganorum ritu sacrificaret: idémque iussit & cæteros compelli facere: renuendo enim manifestos insidiatores fore. Huius autem rei periculo ab Antiochensibus facto, pauci quidem consenserunt: alij verò qui noluerunt, perempti sunt. Antiochus autem acceptis à Romanorum duce militibus, sæuius instabat suis ciuibus, nequaquam eos die septimo ab opere cessare permittens, sed omnia cogens facere, quæ diebus aliis agerent. Támque validam necessitatem imposuit, vt non modò apud Antiochiam septimi diei feriæ soluerentur, sed ab hoc exordio in cæteris quoque ciuitatibus ad breue similiter tempus fieret. Iudæis autem apud Antiochiam tunc eiusmodi mala perpessis, altera denuo calamitas accidit: de qua narrare conati, hæc quoque persecuti fuimus. Namque quod quadratum forum exuri contigit, & archiua monimentorúmque receptacula publicorum, itémque basilicas, vixque ignis inhibitus est super omnem ciuitatem magna nimis vi ruens, huius facti Antiochus Iudæos accusat: & Antiochenses, quos scilicet si his infesti antea non fuissent, recenti tamen ex incendij tumultu facile calumnia perpulisset, multo magis ex anteactis fidem habere dictis suis persuasit, vt penè se vidisse ignem à Iudæis inimici arbitrarentur: & tanquam furore correpti, magno cum ardore cuncti aduersus eos, qui accusabantur, impetus facerent.

Vix autem motus eorum potuit reprimere Collega adhuc iuuenis legatus, postulans sibi permitti referre ad Cæsarem gesta. Rectorem namque Syriæ Cæsennium Petum iam quidem Vespasianus ad eam miserat, nondum autem ille peruenerat. Habita verò diligenti quæstione Collega reperit veritatem. & eorum quidem Iudæorum quos Antiochus accusauerat, nemo conscius fuit. omne autem facinus admisêre homines quidem nocentissimi necessitate debitorum: rati quòd si forum & scripta publica concremassent, exactione liberarentur. Iudæi quidem pro suspensis criminationibus futura expectantes, magno timore fluctuabant.

Cap. XXII. Quomodo Vespasianus rediês à Romanis exceptus est.

TItus autem Cæsar à patre sibi allato nuncio, quòd vniuersis quidem Italiæ ciuitatibus desiderabilis peruenisset: maximè verò, quòd vrbs eum Roma summa cum alacritate & claritudine suscepisset, in maximam lætitiam voluptatémque translatus est, curis de eo ita vt sibi erat suauissimum liberatus. Vespasianum enim etiam longè absentem, omnes homines Italiæ voluntatibus, vt præsentem colebant: expectationem suam, quòd nimis eum venire cupiebant, pro eius aduentu ducentes, & omni habentes necessitate liberam erga illum beneuolentiam. Nam & senatus memor calamitatum, quæ mutatione principum contigissent, optabat imperatorem suscipere senectutis honore bellicorúmque gestorum maturitate decoratum, cuius præsentiam sciebat soli saluti subiectorum commodaturam: & populus malis intestinis solicitus, magis eum venire cupiebat: tunc se calamitatibus quidem pro certo absoluendum esse confidens, antiquam verò libertatem cum opulentia receperum. Præcipuè milites ad eum respiciebant. hi enim maximè bellorum per illum patratorum nouerant magnitudinem. imperitiam verò aliorum ducum experti atque ignauiam, magna quidem se optabant turpitudine liberari. eum verò qui se & seruare & honestare solus posset, recipere precabantur. Cùm verò hac beneuolentia diligeretur ab omnibus, honore quidem præcipuis viris vlterius expectare intolerabile videbatur, sed eum longissimè ab vrbe Roma conuenire antè properabant. Nec tamè quisquam moras eius conueniendi ferebat, sed ita simul omnes effundebantur, & vniuersis faciliùs & promptiùs ire quàm manere videbatur, vt etiam ciuitas ipsa tunc primùm inter se iucundam sentiret hominum caritatem. Erant autem pauciores abeuntibus remanentes. Vbi verò eum appropinquare indicaretur, quámque mansuetè singulos susceperit, qui præcesserant, nunciatum est, omnis iam reliqua multitudo per vias cum coniugibus & liberis præstolabantur: & quò transiens aduenisset, videndi eius voluntatem, vultúsque lenitatem omnium generum vocibus prosequebantur, benemeritum & salutis datorem, solúmque dignum Romanorum principem appellantes. Tota verò ciuitas veluti templum erat, sertis atq; odoribus plena. Cùm verò vix per circumstantem multitudinem in palatium venire potuisset,

A μόλις δ' αὐτῷ ἐδυνήθη τὰς ὁρμὰς διασχεῖν, πέμπει πολλὴν τὴν πρεσβευτὴν, ἀξιῶν διηγήσασθαι πᾶσι τὰ γεγονότα. τὸν γὰρ ἡγεμονεύοντα τῆς Συρίας Κεσέννιον Πέτον, ἤδη μὲν οὐκ ἀσαφὴς ἐξαπέστελλε, συνίβαινε δὲ παρεῖναι μηδέπω. πυνθανόμενος δ' διὰ μέλη τὴν ζήτησιν ὁ πολλὴν, εὗρε τὴν ἀλήθειαν· καὶ τῶν μὲν τὴν αἰτίαν ὑπ' αὐτοῦ λαβόντων Ἰουδαίων, οὐδεὶς οὐδ' ὁποιωνοῦν. ἅπαν δὲ τὸ ἔργον ἐπεσχεῖν αὐθέντας τινὲς ἀλιτήριοι, δεῖ χρεῶν ἀφαιρεῖσθαι, νομίζοντες εἰ τὴν ἀγορὰν, καὶ τὰ δημόσια κατακαῆναι γράμματα, τῆς ἀπαιτήσεως ἀπαλλαγὴν ἕξειν. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν δι' μεταβολὴν ταῖς αἰτίαις τὸ μέλλον ὑπ- B εφοβοῦντο, ἐν φόβοις χαλεποῖς ὑποσάλευον. τῖτος δὲ καῖσαρ τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀγγελίας αὐτὸν κομισθείσης, ὅτι πάσαις μὲν πόθεν τὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν πόλεσιν ἐπῆλθε, μάλιστα δ' ἡ ῥώμη μὲν πολλὴν αὐτὸν ἐδέξατο προθυμίαν καὶ λαμπρότητα, εἰς πολλὴν χαρὰν καὶ θυμηδίαν ἐτράπετο, τῆς περὶ αὐτοῦ φροντίδων ὡς ἥδιστον λύσασα ἀπαλλαγμόν.

Ὅτε δὲ ἀσιανὸν μὲν ἔτι μὲν ἡ μάχαιρα δύπτουσα, πάν- Cap. 1.
τες οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν αὐθέντοι ταῖς γνώμαις προεῖπον ὡς ἥκοντα, τὴν προσδοκίαν ἐπὶ τῷ πάνυ θέλειν ἀρίζειν αὐτὸ νομίζοντες, καὶ πάσης αὐτὸν ἀνάγκης ἐλεύθερον, τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχοντες εὔνοιαν. τῇ τε γὰρ βουλῇ κατὰ μνήμην τῶν γεγονότων ἐν ταῖς τῶν ἡγεμόνων μεταβολαῖς συμφορῶν, εὐκταῖον μὲν ὑπολαβεῖν ἡγεμόνα, γήρως σεμνότητι καὶ πρεσβείαν ἀμῆ, πολεμικῶς κεκοσμημένον, ᾧ τὴν ἀσφάλειαν πρὸς μόνον πιστεύσαντο τὴν τῶν ἀρχομένων σωτηρίαν ἰσομένην. καὶ μὴν ὁ δῆμος ὑπὸ τῶν ἐμφυλίων κακῶν τε- D τυχωμένος ἐπὶ μᾶλλον ἐλθεῖν αὐτὸν ἔσπευδε. τότε δὲ βεβαίως μὲν ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν συμφορῶν ὑπολαμβάνων, ὑπολιφθεῖσαν δὲ τὴν ἀδεσίαν μὴ τῆς διατηρίας πεπτωκυῖαν. ἐξαιρέτως δὲ τὸ στρατιωτικὸν εἰς αὐτὸν ἀφεώρα, μάλιστα γὰρ οὗτοι τῶν καθ' ὑπερβολὴν αὐτῷ πολέμων, ἐγνώκεσαν τὸ μέγεθος. τῆς ἀπειρίας δὲ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων, καὶ τῆς ἀνανδρίας πεπυσμένοι, πολλῆς μὲν αἰσχύνης αὐτοῖς ὑπεθύμουν ἀπαλλάχθαι, τὸν μόνον δὲ καὶ σώζειν αὐτοὺς καὶ κοσμεῖν δυνάμενον, ὑπολαβεῖν ἤυχοντο. τοιαύτης δ' διανοίας ἐξ ἁπάντων ὑπαρχούσης, τοῖς μὲν καὶ τὰς αἰδεσίμους προὔχουσι τῶν ἀνδρῶν, οὐκ ἔτ' ἀνεκτὸν ἐδόκει μένειν, ἀλλὰ πορρωτάτω τῆς ῥώμης αὐτῷ προϋπαντιᾶν ἔσπευδον. F οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων τὴν ἐπιδέξεως τοῦ ἀναβολὴν, ἀλλ' οὕτως ἐξεχύντο πάντες ἀθρόοι, καὶ πᾶσιν εὐπορώτερον καὶ ῥᾴον ἐδόκει τὸ μένειν τὸ ἀπιέναι, ὡς καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν τότε πρῶτον ἐν ἑαυτῇ λαβεῖν ὁλόγαθον ἡμερότητα ἀλλήλων ἴδιαν. ἦσαν γὰρ ἐλάττους τῶν ὑπιόντων οἱ μένοντες. ἐπεὶ δὲ προσιὼν ἠγγέλλετο, καὶ τὴν ἡμερότητα τῆς ἐντεύξεως αὐτοῦ τὴν πρὸς ἑκάστους ἐδήλουν οἱ προσελθόντες, ἅπαν ἤδη τὸ λοι- G πὸν πλῆθος ἅμα γυναιξὶ, καὶ παισὶν, ὅλη ταῖς παρόδοις ἐξεδέχετο, καὶ καθ' οὓς ἠρέτο παριὼν πρὸς τὴν ἑδωλὴν τῆς θέας, καὶ τὸ μειλίχιον αὐτοῦ τῆς ὄψεως, παντοίας ἠφίεσαν φωνὰς, τὸν διεγέτην καὶ σωτῆρα καὶ μόνον ἄξιον ἡγεμόνα τῆς ῥώμης ὑποκαλοῦντες. ἅπασα δ' ἡ πόλις ὡς νεὼς ἦν, στεφανωμάτων καὶ θυμιαμάτων ἀνάπλεως. μόλις δ' ὑπὸ πλήθους τῶν σὺν αὐτὸν ἰσαμένων διωθεὶς εἰς τὸ βασίλειον ἐλθεῖν, αὐτὸς

αὐτὸς μὲν τοῖς ἐνδον θεοῖς, θυσίας τῆς ἀφίξεως χαρ-
ιστηρίους ἐπιτελεῖ, καὶ ἑστιᾶται ἅμα τοῖς πλήθεσι πρὸς δεῖπνα, καὶ κῶμοις, καὶ φυλαῖς, καὶ φρήτραις, καὶ γαμετῶν ἀποικίαις πιθόμενος τοὺς ἑστιάτορας, πάντων τῶν θεῶν ἀπενδύτας, αὐτόν τ' ὅτι πλεῖστον χρόνον εὐεπαίσιον διαμεῖναι τῇ ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ, καὶ παισὶν αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων αἰεὶ γενομένοις, φυλαχθῆναι τὸ κράτος εὐαρίθμητον. ἦν μὲν οὖν ῥωμαίων πόλις ἅπασι τοῖς ἐπ' ἀσπάσιον ἐκβεβηκόσι θεοφιλεστάτη, δι' ὃν εἰς πολλοὺς δι' εὐδαιμονίαν ἐπεδίδου.

Κεφ. ια. ΠΡὸ δὲ τούτων ἐπὶ τῷ χείμωνι, ὃν οἱ ἐπ' ἀσπάσιος μὲν ἤδη ἀλεξάνδρειαν εἶχεν, Τῖτος δὲ τὴν ἱεροσολύμων περιεπάθητο πολιορκίαν, πολὺ μέρος γερμανῶν ἐπανέστη πρὸς ἀπόστασιν, οἷς καὶ γαλάται οἱ πλησίον συμφρονήσαντες, κοινὰς μεγάλας ἐλπίδας αὐτοῖς ἐνέβαλον, ὡς καὶ τὴν ῥωμαίων ἀπαλλαξόμενοι δεσποτείας, ἐπῆρε δ' αὐτοὺς γερμανοὺς ἀφαδὲς τὸ ἐπιτήδειον, καὶ ἡ πόλεμον ἐξενεγκεῖν, πρῶτον μὲν ἡ φύσις, ἅτε λογισμῷ ἔρημος ἀγαθῶν, καὶ μὴ μικρὰς ἐλπίδος ἐτοίμους ῥιψοκίνδυνος· ἔπειτα ἢ καὶ μῖσος τὸ πρὸς τοὺς κρατοῦντας· ἐπεὶ μόνοις ἴσασι ῥωμαίοις τὸ ἧττον αὐτῷ δουλεύειν βιαστικώτατοι δὲ μάλιστα γε πάντων οἱ κατὰ τοὺς αὐτοῖς ὅρους ἐνοικοῦντες. ὁρῶντες γὰρ τὰ ῥωμαίων ἀρχεῖα τοῖς συνεχῶς τῷ αὐτοκράτορι ἀλλαγαῖς ἐν ἑαυτῇ ταραττόμενα, πᾶν τε μέρος τῆς ὑπ' αὐτοῖς οἰκουμένης πιθανώτατον ἡγούμενοι ἂν καὶ κεφαλαιωδῶς, τὸν σφίσιν αὐτοῖς ἄριστον ὑπὸ τῆς ἐκείνων κακοφορίας καὶ στάσεως κατὰ φιλίαν ἀφαιρεθῆναι. ἐπῆν δὲ τὸ βούλημα, καὶ ταύτῃς αὐτοῖς ταῖς ἐλπίσιν ἐπύθοντο, καλαστικός τις, καὶ βίπλλος τῷ παρ' αὐτοῖς ὄντες ἡγεμόνων, οἳ δὴ τὸν μὲν ὡς ἐκ μακροῦ ταύτης ἐφίεντο τῆς νεωτεροποιίας. ὑπὸ τοῦ κρείττονος δ' ἀναπαύσας προαχθέντες, τῷ αὐτῷ γνώμῃ ἐξέφηναν. ἔμελλον δ' ἀπροθύμως δεξιούμενοι τὴν πεῖραν, τοῖς πολλοῖς ἀφορίζειν. πολλοῦ δὴ μέρους ἤδη τῷ γερμανῶν τὴν ἀπόστασιν αἰωμολογηκότος, καὶ τῷ ἄλλων ἐκ αὐ δίκα φρονησάντων, ὥσπερ ἐκ δαιμονίου προνοίας ἐπὶ τοσαύτοις πόνοις χαλεπὰ πεπλίῳ καιρὰλίῳ τὸ πρότερον ἡγεμόνι γερμανίας γνωμένῳ, τὴν ὑπατον δόξαν τιμῶν, καὶ κελτῶν ἄρξαντα βρεττανίας ἐπίνικα. πορδόμενος αὐτὸ ἐκεῖνος ὅποι προστέτακτο, καὶ τὰ ἐκεῖ τὴν ἀπόστασιν τῷ γερμανῶν πυθόμενος, ἤδη συνειλεγμένους αὐτοὺς ὑπέπεσεν, καὶ ὡδὶ τεταγμένους, πολύ τε πλῆθος αὐτῷ αἰωρεῖ καὶ τὴν μάχην, καὶ τῆς ἀδείας πεπαυμένους, ἰσόρροπα φρονεῖν. ἔμελλον δ' καινὰ μὴ θαττον εἰς τοὺς τόπους ἐξαλαφόντας, δίκην ἐκ εἰς μακρὸν ἀφίξειν. λοιπὸν δὲ πρῶτον ἡ ἐκ τῆς ἀποστάσεως αὐτῷ ἀγγελία τῇ ῥώμῃ προσέπεσε, δομετιανὸς καίσαρ παῖδα μὲν, οὐκ ὡς αὐ ἕτερος ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας, νέος δὲ ἔτι παντάπασι, τηλικοῦτον ἀρχὰς μέγεθος πραγμάτων ἄπαιρεν. ἔχων δ' πατρόθεν ἐμφυτον τὴν ἀνδραγαθίαν, καὶ τελειοτέραν τὴν ἄσκησιν τῆς ἡλικίας πεποιημένος, ὅτι τοῖς βαρβάροις ἐν ὅροις ἤλασεν. οἱ δ' πρὸς τὴν φήμην τῆς ἐφόδου καταπεσόντες, ἐπ' αὐτῷ σφᾶς αὐτοὺς ἐποιήσαντο μὴ τὸ φόβῳ κέρδος διαφθεῖραι, τὸ χρεὼν συμφορᾶν ὑπὸ τὸν αὐτὸν πάλιν ζυγὸν ὑπαχθῆναι. πᾶσιν οὖν ὅπηθεν τοῖς περὶ τὴν γαλατίαν τάξιν τὴν προσήκουσαν δομετιανὸς, ὡς μὴ δ' αὖθις ἄπορον ῥᾳδίως ἐπὶ ταὐτὰ ταραχθῆναι, λαμπρὸς καὶ φιλόλειπος, ὅπερ κράτιστον μὴν τῆς ἡλικίας, ἀφίκετο δ' τῷ πατρὶ κατορθώμασιν, εἰς τὴν ῥώμην ἀνιόντι.

A ipse quidem penatibus diis aduentus sui gratulatoria sacra celebrauit. Vertunt autem se ad epulas turbæ, pérque tribus & cognationes & vicinias conuiuia exercentes, Deo libabant, & ab eo precabantur ipsum Vespasianum quamplurimum temporis in Romano imperio perseuerare, & filium eius, & qui ex his nascerentur seruari inexpugnabilem principatum. Vrbs quidem Romana Vespasiano ita suscepto, statim maxima felicitate crescebat.

B

Cap. XXIII. Domitiani gesta cõtra Germanos & Gallos.

ANte hæc verò tempora, quibus Vespasianus quidē apud Alexandriam erat, Titus verò Hierosolymam obsidebat, magna pars Germanorum ad defectionem mota est: quibus etiam Gallorum proximi conspirantes, magnam spem contulerant, quòd etiam Romanorum dominio liberarentur. Germanos autem deficere velle, bellúmque inferre, sustulit primò natura bonis consiliis vacua, parua

C spe appetens periculorum: deinde odium principum, quoniam solis sciunt gentem suam vi coactam seruire Romanis: nec non equidem maximam tempus eis fiduciam dedit. Nam cùm viderent Romanum imperium crebris imperatorum mutationibus intestina seditione turbari, omnémque his subditam orbis terræ partem pendere ac nutare cognoscerent, hoc sibi optimum tempus ex illorum rebus aduersis atque discordiis oblatum esse putaue-

D runt. Id autem consilium dabant, & hac eos spe decipiebant, Classicus quidam & Ciuilis, ex eorum potentissimis: qui olim quidem res nouas cupiebant: occasione autem inducti, suam sententiam prodidêre. Iamque alacriter affectæ multitudinis periculum facturi erant: verùm maxima parte Germanorum defectionem, pollicita, & cæteris fortasse non dissentientibus, veluti quadam diuina prouidentia, Vespasianus ad Petilium Cerealem, qui

E pridem Germaniam rexerat, literas mittit, quibus eum consulem declarauit, iussítque ad Britannias administrandas proficiscí. Igitur ille quò iussus erat abiens, audita rebellione Germanorum, eos iam congregatos aggressus magna clade affecit, depositaque amentia ad sobrietatem coegit. Sed etiam si ille ad ea loca non peruenisset, tamen haud multo pòst erant supplicia luituri. Nam vt primùm defectionis eorum nuncius allatus est Romam,

F Domitianus Cæsar hoc audito, non sicut alter in illa ætate fecisset (nam admodum adulescens erat) tantam rei magnitudinem suscipere nõ detractauit: sed à patre habẽs ingenitã fortitudinẽ & supra ætatẽ exercitatus, illico tẽdebat in Barbaros. Illi aũt expeditionis fama perculsi, ei se permiserunt: lucrum hoc ex ea re maximum nacti, vt sine clade pristino iugo subiicerentur. Omnibus ergo circa Galliam, vt oportuit ordinatis, ne facilè rursus vnquam

G turbarentur, Domitianus clarus atque insignis, ætatem superantibus factis, & patrium decus afferentibus, Romam regreditur. Cum

supradicta verò Germanorum defectione, iisdem diebus etiam Scytharum conuenit audacia. Nam qui appellantur Sarmatæ, maxima multitudine clàm transgressi flumen Istrum, violenti atque sæuissimi, propter inopinatum impetum multos Romanorum quos in præsidiis offendêre, interficiunt: & consularem legatum Fonteium Agrippam, qui fortiter his obuius pugnauerat, occidunt: proximásque regiones totas ferendo atque agendo, omniáque incendendo peruagabantur. Vespasianus autem hoc facto, & vastitate Mœsiæ cognita, Rubrium Gallum mittit pœnas de eis sumpturum, à quo multi quidem in prælijs trucidati sunt. qui verò salui esse potuêre, cum timore domum refugêre. Hoc autem bello magister militum finito, etiam futuri temporis cautioni consuluit. Pluribus enim & maioribus præsidiis loca circundedit, vt omnino Barbaris esset impossibilis transitus. In Mœsia quidem ea celeritate debellatum est.

CAP. XXIV. De anno sabbatico & triumpho Vespasiani ac Titi celeberrimo.

PRinceps verò Titus aliquandiu quidem Beryti commorabatur, ita vt diximus: inde autem reuersus, & per omnes quas obiret Syriæ ciuitates magnificentissima celebrans spectacula, Iudæorum captiuis ad ostentationem cladis eorum abutebatur. Conspicit autem in itinere fluuium cognitione dignissimum. Is fluit medius inter Arcas & Raphanæas Agrippæ regni ciuitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cùm sit quando fluit plurimus, neque meatu segnis, tamen interpositis sex diebus à fontibus deficiens, siccum exhibet locum videre. Deinde quasi nulla mutatione facta, septimo die similis exoritur: atque hunc ordinem semper eum obseruare pro certo compertum est. Vnde etiam Sabbaticus appellatus est, à sacro Iudæorum septimo die sic denominatus. Ciuitatis autem Antiochensium populus, postquam Titum aduentare cognouit, manere quidem intra mœnia præ gaudio non sustinebat. omnes autem obuiam ei pergere properabant, & vsque ad tricesimum vel eo amplius stadium progressi, non modò viri, sed etiam fœminæ cum pueris expectabant. Et cùm appropinquantem vidissent, ex vtroque viæ latere stantes dextras cum salutatione tendebant: multísque fauoribus exultantes, cum ipso reuertebantur. Crebro autem inter omnes alias laudes precabantur, vt Iudæos expelleret ciuitate. Titus quidem nihil precibus istis indulsit, sed otiosè quæ dicebantur audiebat. Incerti autem quid sentiret, quídve facturus esset, Iudæi magno & atroci metu tenebantur. Nec enim commoratus est Antiochiæ Titus, sed continuo ad Zeugma Euphratem versus iter contendit. Quò missi etiam ab rege Parthorum Vologeso venêre, auream ei ferentes coronam, quòd Iudæos vicisset. Eáque suscepta etiam conuiuium exhibuit regiis, atque ita Antiochiam remeauit. Senatu verò & populo Antiochensi multum petentibus, vt in theatrum veniret, vbi omnis cum multitudo præstolabatur, humanissimè paruit. Rursus autè fortiter iisdem instantibus,

Τῇ δὲ προειρημένῃ γερμανῶν ἀποστάσει καὶ τὰς Κεφ. Β.
αὐτὰς ἡμέρας καὶ σκυθικὸν τόλμημα ἔσχε ῥωμαίοις συμφορᾶς. οἱ γὰρ καλούμενοι σκυθῶν σαρμάται πολὺ πλῆθος ὄντες ἀδηλοι μὲν τὸ ἴσχυρὸν ἐπεραιώθησαν εἰς τὴν μυσίαν, ἔπυτα πτλῇ τὸ βίᾳ, καὶ χαλεπὸν δὲ τὸ παντάπασιν ἀνίλπιστον τῆς ἐφόδου ἔκπληξαντες, πολλοὺς μὲν τῇ ὀξυτῆτι τῶν ἱππικῶν φονεῦσι ῥωμαίων ἀναιροῦσι, καὶ τὸν ἡγεμόνα τὸν ὑπατικὸν φοντήϊον ἀγρίππαν ὑπατεύσαντα κατατοξεύσαντες μαχόμενον κτείνουσι· τὴν δὲ ὑποκειμένην χώραν ἅπασαν κατέδραμον, ἄγοντες καὶ φέροντες ὅτῳ ἐδυνήθησαν. ὑπὸ τοσούτου δὲ τὰ ληστήματα καὶ τὴν πόρθησιν τῆς μυσίας πυθόμενος, ῥούβριον γάλλον ἐπέπεμπεν, ἀνίλιον βλησόνητα τοῖς σαρμάταις. ὑφ' οὗ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἐν ταῖς μάχαις ἀπέθανον. τὸ δὲ πλεῖστον, μὴ δίοδος εἰς τὴν οἰκείαν διέφυγε. τούτῳ δὲ τῷ πολέμῳ τέλος ἐπέθηκε ὁ στρατηγὸς, καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας ἐφρόντισε. πλείοσι γὰρ καὶ μείζοσι φυλακαῖς τὸν τόπον διέλαβεν, ὡς εἶναι τοῖς βαρβάροις τὴν δίοδον τελείως ἀδύνατον. ὁ μὲν οὖν ἐν τῇ μυσίᾳ πόλεμος, τοιαύτην ἔσχε τὴν κρίσιν.

Τῖτος δὲ καῖσαρ, χρόνον μέν τινα διέτριψεν ἐν Βηρυτῷ, καθὰ προεφήκαμεν. ἐκεῖθεν δὲ παρῆλθε, καὶ δι' ὧν ἦγεν πόλεων τῆς συρίας, εἰς πᾶσαις θεωρίας τὰ συντελῆ παρελυτέλει, καὶ τῷ ἰουδαίων τοῖς αἰχμαλώτοις εἰς ἐπίδειξιν τῆς ἑαυτῷ ἀπωλείας κατεχρῶτο, θεάτρα, καὶ τινὰ πορείαν ποταμοῦ φύσιν αἰδίαν ἰσοφθόλμου. ῥεῖ μὲν γὰρ μέσης ἀρχαίας τῆς ἀγρίππα βασιλείας καὶ ῥαφανέας, ἔχει δὲ θαυμαστὴν ἰδιότητα. πολὺς γὰρ ὢν ὅτε ῥεῖ καὶ τῷ φορεῖν οὐ χολαῖος, ἔπειτα δὲ πᾶς ἐκ τῶν πηγῶν ἐπιλείπων, ἓξ ἡμέρας ἀριθμὸν, ξηρὸν παρέχεσθαι ὁρᾶν τὸν τόπον. εἶθ' ὥσπερ οὐδεμιᾶς ἡμιόλιας μεταβολῆς, ὁμοίως καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἐπέδυσαν, καὶ ταύτῃ ἀεὶ τῷ τάξει ἀκριβῶς τετήρηται διαφυλάττων. ἔθνη δὲ οὐ σαββατικὸν αὐτὸν κεκλήκασιν, διὰ τὰς ἑπτὰς τῶν ἰουδαίων ἑβδόμας, οὕτως ὀνομάσαντες.

Οἱ δὲ τῶν ἀντιοχέων δῆμος, ἐπὶ πλησίον ὄντα τῶν Κεφ. Γ.
ἐπιουδαίων, μένειν μὲν ἐντὸς τειχῶν ὑπὸ χαρᾶς οὐχ ὑπέμενον. ἐπεὶ δὲ ἤδη τῷ ὑπάντησιν, καὶ ξιάκοντα σταδίων ἔτι πλέον προῆλθον, οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκων πλῆθος ἅμα παισὶ, τῆς πόλεως ἐκχεόμενοι. καὶ πανταχόθεν ἐθάσαντο προσιόντα, οὐδὲ τῷ ὁδὸν ἐκατέρωθεν οὐδὲ καταστάντες, ταῖς τε δεξιαῖς προὔτειναν προσαγορεύοντες, καὶ παιδίοις ἐπιφημίσμασι χαίρουσι συνεπέστρεφον. συνεχὴς δ' ἦν αὐτῶν οὐδὲ πάσας ἅμα τὰς ἐπιφημίας δῆπτις ἐνβαλεῖν τ' πόλεως τοὺς ἰουδαίους. τῖτος μὲν οὖν οὐδὲν ἐπέδωκε πρὸς ταύτην τ' δῆσιν, ἀλλ' ἡσυχῇ τῷ λεγομένων ἐπήκουεν, ἐπ' ἀδήλῳ δ' τὸ τί φρονεῖ, καὶ τῇ ποιήσῃ, πολὺς καὶ χαλεπὸς τοῖς ἰουδαίοις ὁ φόβος ἦν. οὐδὲ γὰρ ἐπέμεινεν ἐν ἀντιοχείᾳ τῖτος, ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ τὸ ζεῦγμα τὸ καὶ τ' ἐφράτην συνέτεινε τ' πορείαν. ἔνθα δὴ, ἐξ ἀδοκήτου παρθόν βασιλέως βολογέσου πρὸς αὐτὸν ἦκον, στέφανον χρυσοῦν ἐπὶ τῇ καὶ τῷ ἰουδαίων νίκῃ νομίζοντες. ὃν δεξάμενος εἰσία τοῖς βασιλικοῖς, κἀκεῖθεν εἰς τὴν ἀντιόχειαν ἐπανῆλθε. τ' δὲ βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῷ ἀντιοχέων πολλὰς ποιουμένων δήσεις ἐλθεῖν εἰς τὸ θέατρον αὐτῷ, ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλῆθος ἠθροισμένον ἐξεδέχετο φιλανθρώπως ὑπήκουσε. πάλιν δ' αὐτῷ σφόδρα λιπαρῶς ἐγκειμένων καὶ συνεχῶς δεομένων ἐξελάσαι

λάσαι τῆς πόλεως τοὺς Ἰουδαίους. δύσχερη ἐποιήσατο τὴν ἀποκρισιν, εἰπὼν ἀλλ' ἦν γε παρ' αὐτῶν εἰς ἣν ἐβούλοντο ἐκχωρῆσαι τοὺς Ἰουδαίους, καὶ ἤρηται, καὶ δέδοται αὐτοῖς οὐδεὶς αὐτοὺς ἐπὶ τόπος. ὅθεν δυτέρωσαν οὐδὲ αὐτοὶ ἔτι ποιεῖς ἔσπευδον δίκην, τὸ πρότερον ἀμβλύνοντες. τῆς γὰρ χαλκῆς ἀξίωσιν δίλτους αἰτεῖν αὐτὸ, ἐν αἷς χάραξαι τὰ δικαιώματα τῶν Ἰουδαίων. οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο τοῖς ἐπέδωσεν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐάσας πάντα κατὰ χώραν τοῖς ἐπ' αὐτοχείας Ἰουδαίοις ὡς πρότερον ἔχειν, εἰς Ἀντιόχειαν ἀπηλλάττετο.

A & crebro postulatibus expelli ciuitate Iudæos, ingeniosè respondit, patriam eorum dicens quòd expellendi fuerant interiisse, nullúmque iam esse locum, qui eos reciperet. Vnde ad aliam petitionem sese conuertunt Antiochenses, quòd priorem impetrare non potuerunt. Aeneas enim tabulas eum precabantur eximere, quibus incisa essent priuilegia Iudæorum. Sed ne id quidem Titus annuit. verùm in eodem statu relictis omnibus, quæ habebant a-
B pud Antiochiam Iudæi, ad Ægyptum inde discessit. Iter autem agendo cùm ad Hierosolymam veniisset, tristémque solitudinem quam videbat, antiquæ ciuitatis claritudini compararet, disiectorum operum magnitudinem & veterem pulchritudinem recordatus, miserabatur excidium ciuitatis, non sicut alius fecisset exultans, quòd talem ac tantam funditus excidisset, verùm multa imprecans seditionis authoribus, & qui hanc pœnam ei inferre coegêre: ita certus erat, quòd nunquam virtutem suam voluisset punitorum calamitate clarescere. Ex magnis enim diuitiis, non minima pars in ruinis adhuc inueniebatur. Quædam enim eruebant Romani, plura verò captiuis indicantibus auferebant, aurum atque argentum, aliáque instrumenta pretiosissima, quæ domini propter incertam belli fortunam terræ condidêre. Titus autem propositum iter ad Ægyptum tendens, emensa velociter solitudine,
D peruenit Alexandriam: decretóque ad Italiam nauigare, cùm se duæ legiones comitarentur, vtramque vnde venerant remisit: quintam quidem in Mœsiam, quintam verò decimam in Pannoniam. Captiuorum autem duces Simonem & Ioannem, & alios numero septingentos viros electos, tam magnitudine corporum quàm pulchritudine præstantes, ilico ad Italiam portari præcepit, cupiens eos in triumpho traducere. Peracta verò nauigatione pro voto, similiter quidem Roma in eo suscipiendo
E erat affecta, & occursus exhibuit eos quos patri. Claritudinem verò Tito pater attulit, qui venit obuiam, eúmque suscepit. Multitudini autem ciuium diuinam quádam lætitiam suggerebat, quòd videbat in vnum tres conuenisse. Non multis autem diebus pòst, vnum communem triumphum ob res gestas agere statuêre, quamuis vtrique senatus proprium decreuisset. Prædicto autem die, quo futura erat pompa victoriæ, nemo ex tã infinita ciuitatis multitudine domi remansit. Omnes autem cùm exissent, loca vbi tantum stare possent occupauerant, quantus spectandis imperatoribus modus sufficeret, concesso necessario transitu. Cũcta verò turba militari ante lucem per turmas atque ordines progressa cum rectoribus suis, &
G circa ostia constituta nõ palatij superioris, sed prope Isidis templum (ibi enim principes nocte illa quiescebant) prima iam aurora incipiente procedunt Vespasianus & Titus lauro quidé coronati, amicti verò patria veste purpurea: & ad Octauianas ambulationes transeũt.

Κεφ. ιε. Τοῦ πλοῦ δ' αὐτοῦ καὶ νοεῖ αὐτοῦντος, ὁμοίως μὲν ἡ ῥώμη ἔδει τὸν ἐπόδοχεῖον ἔχειν, καὶ τὰς ὑπατικὰς, ὥσπερ ὅτι τὸ πατρὸς. λαμπρότατον δ' ἐν αὐτῷ πέμπειν, καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ὑπατικῶν καὶ θριάμβους. τῆς δὲ πλήθους τῆς πολιτῶν, διαμένοντα πανταχοῦ χαρὰν παρεῖχε, τὸ βλέπειν αὐτοὺς ἤδη τοὺς ἔξω ἐν ταυτῷ γεγονότας. οὐ πολλῶν δ' ἡμερῶν διελθουσῶν, ἵνα καὶ κοινὸν ἄγωσιν τὸν ὅτι τοῖς καθ' ὑπερβολὴν μέρος ποιήσασθαι θείαμβον, καὶ πρὸ ἑκατέρα τῆς βουλῆς ἵδρυσαμένης. προσδιετέθη δὲ τῆς ἡμέρας, ἐφ' ἧς ἔμελλεν ἡ πομπὴ γίνεσθαι τῆς θεατρικῶν, οὐδὲ οἶκοι καταλέλειπτο, τῆς ἀμέτρου πληθύος ἐν τῇ πόλει. πάντες δ' ὅπη καὶ σπαν μόνον ἦν ὅσον προσλαμβάνειν τοὺς τόπους, τοὺς τόπους καταλήφεσιν, ὅσον τοῖς ὀφθησομένοις μόνον εἰς πάροδον ἀναγκαίαν καταλείποντες. ἦν δὲ στρατοπέδου πᾶσος ἐπὶ νύκτωρ καὶ λόχος καὶ τάξις ὑπὸ τοῖς ἡγεμόσι προσ-

Cap. 15. Quo die autem ipse & nouus ingressus, similiter quidem Roma ei conuiuium præparare, & senatus, & ipse pater consulatum & triumphum. Splendidissimum autem in eo pompa, & ciuium multitudo, quæ vbique gaudium præbebat, videre eos qui foris fuerant in eadem ciuitate. Non multis autem diebus interiectis, vt & communem ciuitatis & priuatim diuitibus magnificum triumphum agerent, & ipsi ad eum diem quo pompa spectanda erat, domi nemo remansit. Omnes autem cùm exissent, loca vbi tantum stare possent occupauerant, quantum spectandis imperatoribus modus sufficeret, concesso necessario transitu. Cũcta verò turba militari ante lucem per turmas atque ordines progressa cum rectoribus suis, & circa ostia constituta nõ palatij superioris, sed prope Isidis templum (ibi enim principes nocte illa quiescebant) prima iam aurora incipiente procedunt Vespasianus & Titus lauro quidé coronati, amicti verò patria veste purpurea: & ad Octauianas ambulationes transeũt.

ξωδυκότος, καὶ θεὰ θύρας ὄντος, καὶ τὸ ὕπνο βασιλείων, ἀλλὰ καὶ πλησίον τοῦ ἱσιδος ἱεροῦ. ἐκεῖ γὰρ ἀναπαύοντο τὰς νυκτὸς ἐκείνης οἱ αὐτοκράτορες. ἔθει δὲ αὐτῶν ἀρχομένου ἤδη τοῦ προϊέναι ἐκεῖνος καὶ τοὺς, θύρας μὲν ἐστεφανωμένους, στρατιᾶς δ' ἐσθῆτας πατρίους ἀμπεχομένους, καὶ σείοντας εἰς τοὺς ἐντυχόντας εὐφημίαν.

Ibi enim ſenatus,& ducum proceres,& honorati equites,eorum præſtolabantur aduentum. tribunal autem ante porticus factum erat, ſellæque eburneæ in eo præparatæ. Quò cùm aſcendiſſent, conſederunt. Statimque eos militaris fauor excepit, multis virtutem teſtimoniis prædicans. Illi autem inermes erant,in veſte ſerica laureis coronati. Perceptis autem laudibus eorum Veſpaſianus, cùm dicere adhuc vellent,ſilentij ſignum dedit. Magnáque omnium quiete facta ſurrexit, & amictu magnam partem capitis adopertus, ſolennia vota celebrauit: idémque Titus fecit. Perfectis autem votis, Veſpaſianus in commune omnes breuiter allocutus, milites quidem ad prandium,quod his ex more ab imperatore parari ſolet,dimittit.ipſe verò ad portam recedit,quæ ab eo quod per illam ſemper triumphorum pompa ducitur, nomen accepit. Ibi & cibum priùs capiebant, & triumphalibus veſtibus amicti, diis ad portam collocatis cæſa hoſtia, inter ſpectacula tranſeuntes triumphum ducebant, vt multitudini facilior præberetur aſpectus.Pro merito autem narrari multitudo eorum ſpectaculorum & magnificentia non poteſt,in omnibus, quæ quiſque cogitauerit, vel artium factis,vel diuitiarum opibus, vel naturæ nouitate. Nam penè quæcunque hominibus,qui vſquam ſunt fortunatis paulatim quæſita ſint, aliis alia mirabilia atque magnifica, hæc vniuerſa illa die Romani imperij magnitudinem probauêre. Etenim argenti aurique nec non eboris in omni ſpecie operum multitudinem, non vt in pompa ferri cerneres, ſed vt ita dixerim omnia fluere. & alias quidem veſtes ex riſſimis generibus purpuræ portari,alias diligentiſſima pictura variatas arte Babylonia:gemmæ autem clariſſimæ tam multę, aliæ coronis aureis,aliæ aliis operibus incluſæ traductæ ſunt,vt appareret fruſtra nos earũ viquam rerum eſſe aliquid ſuſpicari. Ferebantur etiã ſimulacra,quæ illi deos habent, & magnitudine mirabili, & arte non defunctoriè facta. horúmque nihil non ex pretioſa materia.Quin & animalium diuerſa genera producebantur, propriis ornamentis induta. Erat autem etiam quæ ſingula portaret magna hominum multitudo,purpureis veſtibus atque inauratis ornata.Ipſi etiã qui ad pompam fuerant ab alia turba diſcreti,præcipua & mirabili ornamentorũ magnificentia culti erant. Inſuper his,ne captiuorum quidem vulgus inornatum videres, ſed varietas & pulchritudo quidem veſtiũ natam ex fatigatione corporum deformitatem, oculis ſubtrahebat. Maximè autem ſtupori erat, pegmatum quæ portabantur, fabricatio, pro cuius magnitudine timendum viribus portantium occurrentes putabant.multa enim in tertium nidum quartúmque ſurgebant: & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat: multis aurata veſte circundatis, cùm aurum præterea factum atque ebur omnibus eſſet affixum. Multis autem imitationibus bellum aliter in diuiſum, certam ſui faciem demonſtrabat. Erat enim cernere vaſtari qui-

A

B

C

D

E

F

G

ἐνταῦθα γὰρ ἦν βουλή, καὶ τὰ τέλη τῶν ἀρχόντων, οἵ τε δοκοὶ τῶν τιμημάτων ἱππεῖς τὴν ἀρίζιν αὐτῶν εἰμῆκον. πεποίητο δὲ βῆμα ἐπὶ τῆς στοᾶς, δίφρους αὐτοῖς ἐλεφαντίνους ἐπ' αὐτοῦ κειμένους· ἐφ' οἷς παρελθόντες ἐκαθίσθησαν, καὶ τὸ στρατιωτικὸν διθύρως ἐπευφήμει, πολλαὶ αὐτῶν τῆς ἀρετῆς μαρτυρίας δόντες ἅπαντες. κἀκεῖνοι χωρὶς ὅπλων ἦσαν ἐσθῆσι σηρικαῖς, ἐστεφανωμένοι δάφναις. ἐξαίφνης δ' αὐτῶν τὴν εὐφημίαν ἐπισχεσίας, ἔτι βουλομένων λέγειν, τὸ τῆς σιγῆς ἐποιήσατο σύμβολον, καὶ πολλῆς ἐκ πάντων ἡσυχίας γενομένης εὐχὰς, καὶ τῷ φιλονεικήματι τὸ πλέον τῆς κεφαλῆς μέρος ἐπικαλυψάμενος εὐχὰς ἐποιήσατο τὰς νενομισμένας. ὁμοίως δὲ κἀκεῖνος. μετὰ δὲ τὰς εὐχὰς, εἰς κοινὸν ἅπασιν εὐωχίαν εὐωχίας βεβαίους ἐξελιχθείς, τοῖς μὲν στρατιώταις ἀπέλυσεν ὅτι τὸ νενομισμένον ἄριστον αὐτοῖς ὑπὸ τῷ αὐτοκρατόρων δίζεται θεός. θεὸς δὲ τὸν πύλῳ αὐτὸς ἀνεχώρει, τὴν ὑπὸ τῶ πομπεύεσθαι δι' αὐτῆς ἀεὶ τοῖς θεαμένοις, τῆς θεοσεβείας αὐτῷ τυγχάνειν. ἐνταῦθα ζορῆς τὸ θεραπολούονται, καὶ τοῖς θειακοῖς ἐδῆτας ἀμφιασάμενοι, τοῖς τε παιδρυμένοις τῇ πύλῃ θύσαντες θεοῖς, ἔπεμπον τὸν θείαμβον ἐκ τῷ θεάτρου διὰ τῶν ἀγορῶν, ὅπως εἴη τοῖς πλήθεσιν ἡ θέα ῥᾴων.

Μέγαιον δὲ κατὰ τὸν ἀξίαν εἰπεῖν τῶν θαυμάτων ἐκείνων τὸ πλῆθος, καὶ τὸν μεγαλοφρίπειαν ἐν ἅπασιν, οἷς αὐτὴ τὸν βλεπόμενον, ἢ τὸν χρόνον ἔργοις, ἢ πλούτου μέρεσιν, ἢ φύσεως ἀπαιότησιν. ἐκεῖνον γὰρ ὅσα τοῖς πώποτ' εὐθεόποις δαιμονίσασιν ἐκτίσθη καὶ μέρεσι, ἄλλα παρ' ἄλλοις θαυμαστὰ καὶ πολυτελῆ, ταῦτ' ὀλίγης ἡμέρας ἐκείνης, αὐθεία τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας ἔδειξε τὸ μέγεθος. ἀργύρεα τε γὰρ καὶ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ἐν παντοίαις ἰδίαις κατασκευασμάτων ὧν ὁρᾶν, οὐκ ὥσπερ ἐν πομπῇ κομιζόμενον πλῆθος, ἀλλ' ὡς αὐ ἔπροι τις ῥέοντα ποταμόν. καὶ τὰ μὲν, ἐν πορφύραις ὑφάσματα τῆς ἀπαιωτάτης φερόμενα, τὰ δ' ἐκ ἀκριβῆ ζωγραφίαν πεποικιλμένα τῇ βαβυλωνίων τέχνῃ. λίθοι τε θεραπευτοὶ, εἴ μὲν χρυσοῖς ἐμπεπλεγμένοι στεφάνοις, οἱ δὲ κατ' ἄλλας ποικίλας, θεοῦ δὲ παρελεύχθησαν, ὥς τε μαθεῖν ὅτι μάτην εἶναί τι τούτων ἀναίσιον ὑπελήφαμεν. ἐφέρετο δὲ καὶ θεῶν ἀγάλματα τῶν παρ' αὐτοῖς, μεγάθεσι θαυμαστὰ, καὶ κατὰ τέχνην οὐ παρέργως πεποιημένα. τούτων ἦν, ὅτι μὴ τῆς ὕλης τῆς πολυτελοῦς. ζώων τε πολλαὶ φύσεις παρήγοντο, κόσμον οἰκεῖον ἑκάστων ἐπικειμένων. ἦν δὲ καὶ τὸ κομίζον ἕκαστα τούτων ἀνθρώπων πλῆθος, ἀλουργαῖς ἐσθῆσι καὶ διαχρύσοις κεκοσμημένον. οἵτ' εἰς αὐτὸ τὸ πομπεύειν, διακριθέντες, ἐξαίρετον εἶχον καὶ κατάπλητον ὄψιν αὐτοῖς τε κόσμῳ τὴν πολυτέλειαν. ὅλῃ τοῦτοις ἦν τῆς αἰχμαλώτων ἦν ἰδεῖν ὄχλον ἀκόσμητον· ἀλλ' ἡ τῆς ἐσθῆτων ποικιλία, καὶ τὸ κάλλος αὐτῶν ὑπὸ κακώσεως τῆς σωμάτων ἀεικίας, ἐκλεπὲ τῆς ὄψεως. θαῦμα δὲ ἦν ἐν τοῖς μάλιστα παρεῖχεν, ἡ τῶν φερομένων πηγμάτων κατασκευή. τὸ γὰρ μέγεθος μὲν δοῦσαν τῷ βεβαίῳ φοβερὰς ἅπαν ἀπιφήσαντα. τειώροφα γὰρ αὐτῶν τετράγωνα πολλὰ ποιοῦντες καὶ τῇ πολυτελείᾳ τῇ ἔξω κατασκευὴν ἦν ἐσθῆνας μὲν ἐκπλήξεως· καὶ γὰρ ὑφάσματα πολλοῖς διάχρυσα ἐφειβέλλετο, καὶ χρυσοῦς τε ἐλέφας ἐπ' ἐσόπτοις ἐπὶ πᾶσι ἐφειστήκει. διὰ πολλὰ δὲ μιμημάτων ὁ πόλεμος ἄλλως εἰς ἄλλα μεμεσιμένος, ἐναργεστάτην ἔφην ἑαυτὸν παρεῖχεν. ἦν γὰρ ὁρᾶν χώραν μὲν δένδρων

δυδαίμονα δηουμένην, ὅλας δὲ φάλαγγας κτεινομένας πολεμίων, καὶ τοὺς μὲν φεύγοντας, τοὺς δ' εἰς αἰχμαλωσίαν ἀγομένους. τέγη δὲ ὑποβαλλόντα μεγάθει, μηχαναῖς ἐρειπόμενα, καὶ φρουρίων ἀλισκομένων ὀχυρότητας, καὶ πόλεων πολυανθρώπων εὐρυβόλους κατ' ἄκρας ἐχομένους, καὶ στρατιὰν ἔνδον τειχῶν εἰργομένην, καὶ πάντα φόνου πλησθέντα τόπον, καὶ τῷ ἀδυνάτων χεῖρας αἰτεῖν ἐπεσίας, πῦρ τε ἐπιόμενον ἱερῶν, καὶ κατασκαφὰς οἴκων ὑπὸ τοῖς διαπόταις, καὶ μὴ πολλὴν ἐρημίαν καινὴν, ἀστέγους ῥύακας οὐκ ὑπὸ γῆν γεωργουμένην, οὐδὲ ποτὸν ἀνθρώποις ἢ βοσκήμασιν, ἀλλὰ δι' ὅλης τῆς ἔτι πανταχόθεν φλεγομένης. ταῦτα γὰρ Ἰουδαῖοι πεισομένοις αὐτοῖς τοῦ πολέμου παρέδοσαν. ἡ τέχνη δὲ καὶ τῷ καταστήσασθαι ἡ μεγαλουργία, τοῖς οὐκ εἰδόσι τὰ γενόμενα τότε ἐδήλωσεν ὡς παρῆσι. τέλος δὲ ἐφ' ἑκάστῳ τῷ πραγμάτων, ὁ τῆς ἁλισκομένης πόλεως στρατηγὸς, ὃν τρόπον ἐλήφθη. πολλαὶ δὲ καὶ νῆες ἔποντο. λάφυρα δὲ τὰ ἐκ τοῦ ἄλλα χρυσοῦ ἐφέρετο. διέφερεν δὲ πάντων, τὰ ἐγκαταλειφθέντα τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱεροῦ χρυσῆ τε τράπεζα τοῦ ὅλου πολυτάλαντος, καὶ λυχνία χρυσοῦ μὲν ὁμοίως πεποιημένη· τὸ δὲ ἔργον ἐξηλλάκτο τῆς κατὰ τὸν ἡμέτερον χρῆσιν σκευωρίας. ὁ μὲν γὰρ μέσος αὐτῶν, ἐκ τῆς βάσεως πεπηγὼς, λεπτοὶ δ' ἀπ' αὐτοῦ μεμήκυντο καυλίσκοι, τελαίνης ἑπτὰ σχήματα ἔχοντες, λύχνον ἕκαστος αὐτῶν ἐπὶ ἄκρου κεκαλλευμένον. ἐπὶ δ' ἦσαν οὗτοι, τῆς πρὸ τῶν Ἰουδαίων ἑβδομάδος τοῦ τιμοῦ ἐμφαίζοντες. ὅτι νόμος ὁ τῶν Ἰουδαίων ὑπὸ τούτοις ἐφέρετο τῷ λαφύρων τελευταῖος. ὑπὸ τούτοις παρῆσαν πολλοὶ, νίκης ἀγάλματα νομίζοντες· ἐξ ἐλέφαντος δ' ἦν πάντων καὶ χρυσοῦ ἡ κατασκευή. μετὰ δὲ τοῦτο ἀνὴρ ἦλαυνε καὶ τοῦτος ἔποντο. δορυφόρος ἦν ὠφείπτωνεν, αὐτός τε διαφερόντως κεκοσμημένος, καὶ τὸν ἵππον παρέχων θέας ἄξιον.

Κεφ. ιη. Ἦν δὲ τῆς θεωρίας τὸ τέλος, ὑπὸ τὸν ναὸν τῆς Καπετωλίου Διὸς, ἐφ' ὃν ἐλθόντες ἔστησαν. ἐνταῦθα γὰρ τὸ παλαιὸν πάτριον ἐφειμένον, μένειν ἂν τὸν τῆς στρατηγοῦ τῆς πολεμίων θάνατον ἀπαγγέλητος. ὁπόταν οὖν ἐδόκει ἐνταῦθα ὁ καιρὸς, τότε πεπομπευκὼς ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις· βέβηκεν δὲ ἐφεδρεύσας, εἰς τὸν ὑπὸ τῆς ἀγορᾶς ἐσύρετο τόπον, ἀπιζομένων αὐτὸν ἅμα τῷ ἀγόντων. νόμος δ' ὅτι ῥωμαίοις ὑπὲρ κτείνειν τοὺς ὑπὸ κακουργίας θάνατον καταγνωσμένους. ἐπεὶ δ' ἀπηγγέλθη τέλος ἔχων, καὶ πάντες ἐφήμησαν, ἤρχοντο τῆς θυσίας, ἃς ὑπὲρ ταῖς νομιζομέναις καλλιερήσαντες δίκαις, ἀπῆσαν εἰς τὸ βασίλειον. καὶ τοὺς μὲν, αὐτοὶ ἐπὶ δεῖπνα διωχέτευον ὑπεδέχοντο. τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν, διαφερόντως τὸ οἰκεῖον αἱ τῆς ἑστιάσεως ἦσαν ἐφοδιασταί. ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν, ἡ ῥωμαίων πόλις ἑορτάζει, ὑπέκκαυμα μὲν, τῆς τῶν πολεμίων στρατιᾶς, πέρας δὲ τῆς τῆς ἐμφυλίων κακῶν, ἀρχὴν δὲ τῆς ἐπὶ τῆς Οὐεσπασιανίας ἐλπίδων.

Κεφ. ιθ. Μετὰ δὲ τοὺς θριάμβους, καὶ τὴν βεβαιοτάτην τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας κατάστασιν, οὐκ ἀσφαλὲς ἔγνω τέμενος εἰρήνης κατασκευάσαι. ταχὺ δὲ δὴ μᾶλλον, καὶ πάσης αἰδοῦς κρείττων ὀλιγοῦς ἐπελείσετο. τῇ γὰρ οὐ τοῦ πλούτου χορηγὸς ἀκμαιότης χρησιμώτερος,

A dem fortunatiſſimam terram, totas verò interfici acies hoſtium: & alios fugere, alios captiuos duci: murósque excellentes magnitudine machinis dirui, & caſtellorum excindi munimina, & populoſarum ciuitatum mœnia diſturbari, exercitúmque intra muros infundi cædíſque omnia loca plena, & eorum qui manu reſiſtere non poterant preces: ignémque templis immiſſum, ædiúmque ſuper dominos poſt multam vaſtationem euerſiones: atque
B amnis triſtitiam, defluentis non in arua culta, neque ad hominum vel pecorum potum, ſed per terram ex omni parte flagrantem. Hæc enim Iudæi bello paſſi ſunt: ars autem & confectorum operum magnitudo, neſcientibus adhuc facta tanquam præſentibus oſtendebant. Erat autem per ſingula pegmata captæ ciuitatis dux, ita vt captus fuerat ordinatus. Multæ etiam naues ſequebantur. Spolia verò alia quidem paſſim ferebantur. eminebant au-
C tem ea quæ apud Hieroſolymam in templo reperta ſunt, menſa aurea ponderis talenti magni, & candelabrum ſimiliter quidem auro factum, ſed opere commutato ab vſus noſtri cõſuetudine. nam media quidem columna baſi hærebat, tenues autem ab ea cannulæ producebantur, formatæ ad ſimilitudinem fuſcinæ, ad ſummum quæque in lychni ſpeciem fabricatæ. erant autem numero ſeptem, ſeptimi diei, qui apud Iudæos eſt, indicantes honorem. Poſt
D hæc autem portabatur lex Iudæorum, nouiſſima ſpoliorum. Deinde tranſibant plurimi victoriæ ſimulacra portantes, omnia ex auro & ex ebore facta. Poſt hęc Veſpaſianus prior ibat, & Titus deinde ſequebatur. Domitianus autẽ adequitabat, ipſe quoque ornatus pulchritudine, dignúmque ſpectari exhibẽs equum. Pompæ autem finis fuit Capitolini Iouis templum, quò poſtquam ventum eſt, conſtitêre. Erat autẽ vetus mos patrius, operiri donec ducis hoſ-
E tium mortem quiſpiam nunciaret. Is erat Simon Gioræ, tunc inter captiuos in pompa tractus: laqueo verò circundatus per forũ trahebatur, quo eũ ſimul cæderent qui ducebant. Lex autẽ Romanis eſt, ibi necare criminũ reos morte damnatos. Poſtquam igitur eum finem vitæ habere nunciatũ eſt, omniúmque fauor ſecutus eſt, tunc hoſtias inchoauêre. híſque ſecundo per vota ſolennia omine peractis, in palatium receſsêre. Et alios quidem epulis ipſi
F excepêre, aliis autem omnibus domi conuiuiorum inſtructi erant apparatus. Hunc enim diẽ vrbs Romana celebrabat, victoriæ quidem in hoſtes gratulatorium, finem verò malorum ciuilium, & ſpei bonę pro felicitate principium. Poſt triumphos verò, & Romani imperij firmiſſimum ſtatum, Veſpaſianus Paci templũ ædificari decreuit. Itaque mira celeritate, & quæ hominum cogitationem ſuperaret, effe-
G ctum eſt. Magna enim diuitiarũ largitate vſus,

